des dieser lannde, szo denn Steten zeugelossen Muntcz zcu sloenn, und sie jrem neuen priuilegio folge tetenn, hott das geltt zeugenommen an der fylheitt, nichtt aber ann der gütte. Dann do hott men angefangenn, dem fünfftenn teyle silber, IIII teyle kopper zeusatczt zeugebenn, bis zo lange die marck lotiges vor X marck, unnd eyn ℳ. feynn silber vor XX marck ist gekofftt wurdenn. Nach deme aber neben der neuwenn Muntcz ouch die alte eynns teyls ist gegangenn, hott sichs erfolgett, das die forigenn neuwe schillinge seint schöter wurden, zo das XXIIII uff eyne geringe marg seint gerechent, dann I marck der gemeynen neuwen gemunczeten schillinge in der zcael LX ist nicht file besser gewesenn, denn die XXIIII.* Dornoch aber zo dieselbigenn schöter ouch vorswunden, dorumben das sie noch jrer achtunge auch in pommeren unnd in der marke angeneme unnd ganckbaer waren, hott men vor gut angesehenn, sye widderumben inns landt zcuzcyhenn, durch eyne satczunge adir erhohunge uff eynen groschenn, das seint III schillinge, welch ein grosz Irthum gewesen, und nicht fast rumlich sollich eynem trefflichenn Raedtt, gleich ob sie sich jrenn eigenenn ubels hettenn gefreuwet, und preusen nicht hett mogen seynn ane die groschen szo sie doch nicht besser waren dann XV heller, unnd ane dye sonst uberflusigk gnuck Muntcz in preusen waer. Demenoch seint die groschen ungeleich gewesenn denn dreyenn schillinge an der gutte, im V^tten^ adir VI^ten^ teyll. Szo sie aber der irrigen satczunge noch gleich werdt geachtett seyn, haben sie erniddertt die wirdickeit der schillinge, unnd die gebrechliche achtunge des vormischtenn geldes mit der gütte vorworren. Derhalbenn hott von tage zcu tage die achtunge des geldes meher unnd mere abgenommen, unnd dennoch hott men von dem munczenn nicht wollenn abestellenn, unnd zo die kosten nichtt wolde ausztragenn, das man eyne gleichwirdige

* Schütz hat des sichern Verständnisses wegen das Wort *Skŏter*, welches im Manuskripte fehlt, hier hinzugesetzt.

Munteze myt der forigen hette mogen slaenn, ist sye fuer und fuer geringer wurden, alzo das sye auch der abesteygende achtunge nicht genucksam. Daerumbe zu die letezste Munteze allwege der forigenn an die gutte ungemesz gewordenn, hott auch dye letezte stettlich die forigen achtunge zcustoret und auszgedrungenn, bisz zo lange die achtunge der schillinge myt der gütte der groschen sich hott vorgleichett, und das nu XII marck geringe vor eyne marg lotiges, unnd XXIIII marck vor I *ℳ.* Silbers werdenn geguldenn. Dennoch ist keyn uffhorenn, wie wol sich die schillinge mit den groschen noch der achtunge vorgleichett, zo folgenn nu noch neuwe groschen, die zcum wynnigesten am schroet fehel habenn, dann dieselbigen XXVI marg in der gewicht II *ℳ.* haben I *ℳ.* Sylber. Was ist nu anders zcuwartenn, dann das men in kurezenn I *ℳ.* Sylber vor XXVI margk, unnd die marg lotiges vor VIII marg wirdt mussen geldenn, wo es nicht vorkommen wyrdtt. Alzo trefflichem gebrechenn ist underwurffen die preuss. Muncze, unnd do durch das gancze lanndt. Alleyne die golttsmede nemen genys ausz des Landes schade und abnemen, szo sye die gütte des geldes zcu sich brengenn. Dann ausz dem hauffen vorlesenn sie die alte Muntcz, doraus sye das Silber schedenn und vorkouffen, nemen stets widderumben ander Muntcz meh silbers von unvorstendigenn folck. Szo dann solliche alte schillinge ganntcz undergangen, lesenn sye ausz die denen negst seynn, gleich wie den waysen ausz den drespen. Es furdert die nodtt, das diese gebrechen gereformirt werden, inn zceyten, ehe das eynn grosser fall geschitt, das zcum wynigesten eynn *ℳ.* silber uff XX mark, unnd die marg lotiges uff X marck wurde gebrochtt, unnd dasselbige bestendick gehaltenn, noch obangeczeigter weysze. Nu wollen wir ein Exempel anczegen, wie sollich reformationn gescheen mochte. Zcum erstenn, das nur eyne stelle zcu Münczen werde angesatczett, do die Muntcz nicht im namen einer statt, adir uff ir gebreech, beszunder des ganczen

landes wurde geslagenn, unnd das weytre ane gemeynen Raadtt unnd zculossz Lande unnd Stette keyne neuwe Muntez wurd auffgerichtt, das ouch durch ein bestendick decreet vorwaret wurd, das ausz eynem ℔. feynes Sylbers nicht meh dann XX marg wurdenn geslagen, in folgender weysze. Zcum schilling zoll men nemen III ℔. kopper, unnd I ℔. fein silber, wynniger eine halbe unntez, adir zo fyle es von notenn vor den kosten der Munczer alleyne abeczuczihenn. Dis smelcze men in eynen klosz, und men schrote dar ausz XX marg schillinge, welche im kouffe werden eynnbrengenn I ℔. silbers, das seint II marg lotiges. Daer czu mocht men ouch slaenn Schöter von zeween ℔. koppfer, und I ℔. wynniger eine halbe untez silbers, vor XX marg, in XXIIII vor die marg geschrotett. Ouch möchtenn vor dye schillinge halbe schillinge gemunczett werdenn noch foriger rechnunge, dor V vor I schoett ginge, unnd eyner vor III der itczigenn heller gewechseltt wurde. Szo aber der Muntczslag angefangenn wurd, muste der gebrauch der altenn Muntez gantez vorboten und niddergelegtt werdenn, und das men im Muntczhause vor XIII mark des aldenn geldes, zcale X mark der neuen schillinge adir Schoter. Disenn schaden muste men eyn mol tragen, do myte ein grosse frome und bestendiger nutez zcuwuxse unnd es zold genuckszam, das die Munce in XXV adir meher Jarenn eyn mol vorneuett werde. Dis sey unns vonn der Mutez zcu eyner beramunge gesagtt, welch eynem Jedenn bas vorstendigenn zcutateln adir czubessernn zoll underworffenn szeynn, in masenn sich ouch myt der Zceidt neuwe felle bogebenn.

1519.

Das Landtags-Protokoll, aus welchem das vorstehend abgedruckte Münz-Gutachten des Copernicus entnommen ist, beginnt mit den Worten:

Im Jare unnsers herren tausennt V^c XXII ist durch Koe. Ma^t zcu Polenn eyne gemeyne tagefart uff denn tag Montag nach Reminiscere eyngesatczt. Doselbigest hin in konicklichen namen seindt verordnet etc. . . . .

Nach sollichem vorgeben koe. maiestat geschickten seint in dem mittel der rete dieser lande zcu preuszen die hochgelarten, achtbarenn und wirdigen herrn Nicolaus Koppernick der geistlichen rechte doctor unnd Magister Tydemannus Gisze thumherrn des stifftes zcur Frauenburgk und des erwirdigen in got vaters und herrn Fabian, bischoffs zcu Ermelandt verordnete und geschickte irschenen.....

Die Verhandlungen über die Münz-Angelegenheit begannen erst am vorletzten Tage der Woche. Der Einleitungs-Passus des Protokolls lautet:

Freytags dornoch ist zwischen Kn. Retenn aus der Cron und dieszenn Landenn zw preussenn merkliche handlunge furgenommen von wegen der muntcze, do denne der herre bischoff vonn Leslauw fyle und mannichfaltige rede gehabtt, erczelende die geschicklickeytt zo wol der polynschen, littauschen als preusischenn muntze anczyhende dye grosse teurbarkeit des sylbers und wo men eyne neue muncze slaen soltt, wolte die not fordern.....

Der Mittheilung der Copernicanischen Denkschrift über die Münze gehen unmittelbar vorauf die nachstehenden Bemerkungen:

Vnd zo denne die geschickten Thumherrnn von der frauenburg bey diesen handel Im Rate gewesenn do denne ermeldet ist, das der Achtbare unnd Wirdige Herre Nicolaus Coppernick sich ettwan mit hogem fleysse in dieser sachenn bekommret vnd eyne aussatzunge gemacht, haben die Herrn Rete begertt das seyne Wirde Inenn dieselbige gunsticklichenn wollt mytetaylen vnd der sachenn zw gutt nicht vorbergen. Darinne sich seyne Wirde gutwillick hett finden lossenn Vnnd ist in kegenwertickeit Ko^r Rete gelesen wurden.

Eximius ac multe eruditionis vir Nicolaus Copernicus sequentem modum cudendi monetam ad peticionem Consiliariorum harum terrarum olim elaborabat in proximis istis Comiciis autem addicione qualam facta absolvit. Utinam illi, quorum interest, huic negotio tandem Colophonem adderent, ne hoc malo terra prutena funditus perderetur.

Muncze wyrdtt genennett geczeichenntt Goldtt adir Sylber domyte die geldunge etc. etc. . . . .

b) Die Denkschrift über das preussische Münzwesen in lateinischer Sprache.

Vorbemerkung.

Die nachstehend abgedruckte Denkschrift des Copernicus über das Preussische Münzwesen ist eine spätere Ueberarbeitung des dem Preussischen Landtage im J. 1522 in deutscher Sprache mitgetheilten Gutachtens. Aus Form und Inhalt ersieht man, dass dieses in lateinischer Sprache abgefasste Schriftstück für weitere Kreise berechnet war. Wie eng es sich in den Grundgedanken an das deutsche Gutachten anschliesst, bedarf keiner Ausführung; die Einleitung ist fast wörtlich übersetzt.

Auch die lateinische Denkschrift ist uns nicht von der Hand des Copernicus selbst erhalten, sondern durch eine gleichzeitige Abschrift, welche gegenwärtig in dem Geh. Archive zu Königsberg aufbewahrt wird. Sie ist von einem langjährigen Amtsgenossen des Copernicus angefertigt, dem Domherrn Felix Reich († als Domcustos 1. März 1539). Bisher hatte man ganz irrthümlich diese Copie dem Sekretair des Bischofs zugeschrieben (zuletzt noch Hipler, welcher den Namen „Valentin Steipnick" hinzufügt.) Abgesehen von dem — unten mitgetheilten — Vermerke auf dem Titelblatte lässt sich die Handschrift, von welcher die Copie gefertigt ist, aus beglaubigter Schrift als die des Domherrn Reich mit Bestimmtheit nachweisen.

Reich war oftmals in den Jahren 1528—1530 (in Gemeinschaft mit Copernicus) von Bischof und Capitel zu den Preussischen Landtagen deputirt worden, um die verwirrten Münzangelegenheiten der Lande Preussen ordnen zu helfen. Für diesen Zweig seiner amtlichen Thätigkeit hatte er sich nun eine Sammlung verschiedener auf die preussische Münzfrage bezüglicher Documente angelegt. Unter ihnen nimmt die Denkschrift des Copernicus die erste Stelle ein. An dieselbe schliesst sich in dem Reich'schen Convolute zunächst ein Aufsatz über das Münzwesen, welchen der Sekretair des Königs von Polen Jostus Ludovicus Decius im J. 1526 verfasst hatte (von F. Reich mit der Aufschrift versehen: *Josti Ludowici Decii de monete cussione racio.*) Es folgen dann drei Copieen aus der herzoglichen Kanzelei und zwar a) *„Antwort den Rethen Kgl. M^t zu Polen der muntz halber geben Dantzik am 17. tag Maij 1526."* b) ein Bericht über die Verhandlungen in der Münzsache auf dem Landtage zu Rastenburg (von Reich registrirt als *„Decreta comiciorum principis de moneta 1527 Rastenburg."*) c) eine Instruction in der Münzsache für die Gesandten des Herzogs bei dem Polni-

schen Könige datirt 5. November 1526. — An diese Schriftstücke hatte Reich ferner die Copie eines Briefes angeheftet, welcher von ihm bezeichnet ist als „*Epistola ad Ludowicum Decium Ciuem Cracoviensem de monete restitutione 1526 per Consiliarios prussie.*“ — Den Schluss des Convoluts macht ein Bogen Concept von F. Reich geschrieben und stark alterirt, überschrieben und registrirt „*Vereynigung mit den muntzherren wie die prewsche muntz sol geschlagen werden,*“ datirt Thorn Donnerstags nach S. Maria Magdalenen Tag 1528. (abgedruckt bei Lengnich Gesch. d. Preuss. Lande I, doc. nr. 21 und zwar unter Beobachtung der sämmtlichen Correcturen, Zusätze und Abstriche des Reich'schen Conceptes). — Auf der Rückseite des Titelblattes (ebenso auf dem letzten Blatte) finden sich aus dem Frauenburger Capitels-Archive noch einige auf die Münzfrage bezügliche Notizen.

Die Vorderseite des Titelblattes enthält die Aufschrift „*Monete cudende ratio.*“ Darunter stehen die Worte *per Nicola..*; diese sind jedoch durchstrichen und die Stelle, wo der Name von Copernicus gestanden, ist durch Insektenfrass entfernt. Ausserdem findet sich auf dem Titelblatte noch folgender Vermerk, welcher nachmals (aber nicht viel später) durchstrichen worden ist:

hec de Moneta Collectanea
dentur post mortem meam
d. Nicolao Coppernic si quid forte rebus suis
prodesse poterint
felix reich scripsit
1538.
Augusti 18.
Octobris 18.

Der in dem vorstehend bezeichneten Convolute enthaltene Aufsatz von Copernicus ist ganz von einer Hand geschrieben und von derselben Hand mit Correcturen, Zusätzen und Tilgungen versehen. Dass auch sie von Copernicus herrühren, dürfte wohl kaum einem Zweifel unterliegen; sie sind mit der Freiheit gemacht, wie sie nur dem Autor selbst zustehen konnte. Man hat deshalb auch, durch die Aehnlichkeit der Schriftzüge verleitet, bisher allgemein geglaubt, dass die Verbesserungen der Reich'schen Abschrift von Copernicus eigenhändig hinzugefügt seien.

Was die Zeit der Abfassung der Copernicanischen Denkschrift betrifft, so wird man nicht fehl gehen, wenn man sie in die Jahre 1526—1528 setzt. Die letzte Redaction — wie sie aus den mit anderer Tinte geschriebenen Correcturen ersichtlich ist — muss jedenfalls vor September 1529 geschehen sein. Dies geht ausser Anderm aus einem neuern archivalischen Funde hervor; es ist nämlich in dem Königsberger Geh. Archive eine vor dem Herbste 1529 genau nach der Reich'schen Abschrift gefertigte Copie des Copernicanischen Gutachtens aufgefunden. Ein kurzer Bericht hierüber wird an dieser Stelle nicht zu umgehen sein.

Das Königsb. Archiv bewahrt einen Folianten, in welchem der Kanzler des Herzogs Albrecht (Dr. Fried. Fischer) die seinerseits gesammelten Schriftstücke über die Preussische Münze aus den Jahren 1526—1529 zu einem Bande vereinigt hat. Dort sind zum grossen Theil dieselben Schriftstücke copirt, welche das Reich'sche Convolut enthält; Fol. 41 ff. findet sich nun auch die lateinische Denkschrift des Copernicus in einer Copie, welche entweder nach dem Original, oder nach der Reich'schen Abschrift gemacht sein muss, da sie den Text mit genauer Beachtung der in dem Reich'schen Manuskripte später hinzugefügten Correcturen wiedergiebt. Auch sind in dem Königsberger Folianten die dem Frauenburger Capitelsarchive entnommenen Auszüge abgeschrieben, welche sich auf der Rückseite des Titels, wie auf der Aussenseite des letzten Blattes, in dem Reich'schen Convolute vorfinden. Wenn hieraus die Abhängigkeit des Königsberger Manuskripts von einem Frauenburger Schriftstücke deutlich erhellet, so gewinnt man wiederum durch jene Abschrift ein sicheres Moment für die Bestimmung der Zeit, vor welcher Copernicus seine Gedanken über die Verbesserung der Preussischen Münze in lateinischer Sprache niedergeschrieben haben muss. Wir wissen nämlich, dass der Kanzler Fischer, welcher die Königsberger Sammlung angelegt hat, im September des Jahres 1529 gestorben ist

Die Sammlung der Schriftstücke über das preussische Münzwesen, welche von dem Domherrn Reich angelegt war, erhielt nach seinem Tode, wie er es bestimmt hatte, der überlebende Freund und Landsmann. Der schriftliche Nachlass von Copernicus wanderte zunächst in das Capitels-Archiv und ward später bei den Kriegen zwischen Schweden und Polen im 17. Jahrhunderte zum Theil nach Schweden entführt. Von dort wurde im Jahre 1798 unter andern Reliquien des grossen Mannes auch seine Denkschrift über das Münzwesen nach Preussen zurückgesandt und befindet sich seit jener Zeit in dem Geh. Archive zu Königsberg.

Von diesem Manuskripte fertigte Faber im J. 1816 für die Bibliothek des Warschauer Lyceums eine officielle Abschrift. Nach derselben erfolgte der erste Abdruck von Bentkowski im Pamiętnik Warszawski, welchem auch eine Polnische Uebersetzung beigefügt ist. Bentkowskis Abdruck wie Uebersetzung sind in die Warschauer Ausgabe der Werke von Copernicus aufgenommen. — Eine französische Uebersetzung hat Wolowski 1864 zu Paris erscheinen lassen als Anhang zu seiner Schrift „Traité de la monnaie de Nicole Oresme."

Nach dem Königsberger Manuskripte ist der Abdruck bei Hipler Spicil. Copern. p. 185 ff. besorgt, woselbst auch die ursprünglichen Lesarten angegeben werden.

Dem nachstehenden Abdrucke ist selbstverständlich gleichfalls das Königsberger Manuskript und zwar in seiner letzten Ueberarbeitung zu Grunde gelegt. Die übrigen Abweichungen von dem ursprünglichen Texte sind nicht

besonders angegeben, weil sie an sich unwesentlich und vom Verfasser selbst verändert sind.

Die Orthographie wie Interpunktion des Manuskripts ist beibehalten, weil eine radicale Aenderung erforderlich gewesen wäre; nur die fast durchweg ausgelassenen Punkte am Ende der Perioden sind hinzugefügt. Die Abbreviaturen des Schriftstückes sind aufgelöst.

Monete Cudende ratio

per Nicolaum Copernicum.

Quamquam innumere pestes sunt, quibus regna, principatus et respublice decrescere solent, hec tamen quatuor (meo iudicio) potissime sunt, discordia, mortalitas, terre sterilitas et monete vilitas: Tria prima adeo euidentia sunt, vt nemo ita esse nesciat, sed quartum quod ad monetam attinet a paucis et non nisi cordatissimis consideratur: quia non vno impetu simul, sed paulatim et occulta quadam ratione respublicas euertit.

Est autem Moneta aurum vel argentum signatum, qua precia emptibilium vendibiliumque rerum numerantur secundum cuiusuis reipublice vel gubernantis ipsam institutum. Est ergo moneta tanquam mensura quedam communis estimationum: Oportet autem id quod mensura esse debet firmum semper ac statum seruare modum, Alioquin necesse est confundi ordinationem reipublice, Ementes quoque et vendentes multipliciter defraudari quemadmodum si vlna, modius, pondusve certam quantitatem non seruet. Hanc igitur mensuram, estimationem puto ipsius monete que etsi in bonitate materie fundetur, oportet tamen valorem ab estimatione discerni: potest enim pluris estimari moneta quam eius qua constat materia et e conuerso.

Causa vero constitutionis monete necessaria est: quamvis enim solo pondere auri et argenti rerum commutatio fieri potuisset, ex quo communi hominum consensu aurum et argentum vbique in pretio habeatur, sed tamen propter multam incommoditatem afferendorum semper ponderum, quodque non statim auri et argenti sinceritas deprehendatur ab omnibus, institutum est publico sigillo monetam signari, quo significetur iustam auri vel argenti quantitatem inesse, et fides adhibeatur autoritati.

Solet etiam monete et maxime argentee es commisceri propter duas, vt existimo, causas, videlicet quo minus exposita sit insidiis expilantium et conflantium ipsum quod futurum esset, si ex syncero argento constaret; secunda, quod massa argenti in minutas partes et scrupulos nummorum fracta retineat, cum ere admixto convenientem magnitudinem: potest superaddi et tertia, ne scilicet continuo vsu detrita cicius pereat sed fulcitamento eris diuturnior perseueret.

Justa autem et equa monete estimatio est, quando paulo minus auri vel argenti continet quam pro ipsa ematur: vtpote quantum pro expensis dumtaxat monetariorum oportuerit deduci: Debet enim signum ipsi materie aliquam addere dignitatem.

Vilescit hec vt plurimum propter nimiam multitudinem, vtpote si tanta argenti copia in monetam transierit, quoadusque argenti massa ab hominibus magis quam moneta desideretur: perit nempe hoc modo dignitas monete, quando per ipsam tantum argenti non licet emere, quantum ipsa pecunia continet, senciaturque maior profectus eliquando argentum iu monete destructionem: Cuius remedium est non amplius monetam cudere donec se ipsam coeqauerit, reddaturque carior argento.

Valor quoque multis modis deprauatur, vel propter defectum materie solum, quando scilicet sub eodem pondere monete plus quam oportet eris commiscetur argento: vel propter defectum ponderis, quamvis iustam habeat eris cum argento admixtionem: vel quod pessimum est propter vtrumque simul. Deficit etiam

vltro valor ac longo vsu deteritur: propter quod solum instaurari ac innouari debet. Cuius signum est, Si argentum in moneta in notabili quantitate minus reperitur quam pro ipsa emptum, In quo merito penuria monete intelligitur.

Premissis generaliter de moneta expositis speciatim ad prussianam descendamus ostendentes primum, quomodo in tantam leuitatem peruenerit. Transit autem sub nominibus marcharum scotorum etc. et sunt sub eisdem nominibus etiam pondera. Nam marcha ponderis, est libra media, At marcha numeri constat solidis LX^{ta}, que omnia vulgo nota sunt: Verum ne equiuocatio numeri et ponderis obscuritatem pariat, vbicumque deinceps marcha nominabitur, de numero intelligatur; Nomine vero libre pondus duarum marcharum, pro selibra vero marcham ponderis accipe.

Inuenimus igitur in antiquis recessibus ac litterarum munimentis, quod sub magistratu Conradi de Jungingen, hoc est proxime ante bellum Tannebergense, emebatur selibra, id est marcha argenti puri, marchis pruthenicalibus duabus et scotis VIII quando videlicet tribus partibus argenti puri quarta pars eris admiscebatur, et ex libra dimidia eius masse solidos CXII faciebant Quibus tertia pars adiecta et sunt solidi XXXVII et tertia pars unius solidi, facit totam summam solidorum CXLVIIII et duorum d. pendentem libre vnius bessem duas tercias hoc est scotos, scilicet argenti XXXII que procul dubio tres partes (et sunt libra media argenti puri) continebit. Sed iam dictum est pretium eius fuisse solidos CXL in selibras Reliquum vero quod in IX solidis et tertia deerat estimatio monete suppleuit Erat itaque eius estimatio cum valore conuenienter continuata.

Huius generis nummismata sunt Vinrici, Ulrici et Conradi, que interdum reperiuntur adhuc in Thesauris: Deinde post cladem prussie et bellum supradictum cepit detrimentum reipublice in dies magis ac magis in moneta apparere: Nam Henrici solidi aspectu quidem similes supradictis, non amplius reperiuntur habere quam tres quintas argenti: Crescebatque error hic donec inuerso ordine

ceptum est tribus partibus eris quartam argenti misceri, vt iam non argenti moneta. sed cuprea rectius diceretur, pondus tamen retinebat solidorum CXII in selibra: Cum autem minime conveniat nouam ac bonam monetam introducere antiqua viliore remanente, quanto hic magis erratum est vetere meliore remanente viliorem nouam introducendo quc non solum infecit antiquam sed vt ita dicam expugnavit Cui errori dum sub magistratu Michaelis Rosdorff obviare vellent ac monetam in pristinum meliorem statum reducere Cudebant nouos solidos quos nunc grossos vocamus: sed cum antiqui viliores non viderentur sine iactvra aboleri posse vna cum nouis insigni errore permanserunt Transibantque duo solidi antiqui pro vno nouo, factumque tunc est, quod duplex marcha plebi ingereretur nouorum videlicet solidorum et antiquorum illorum marcha noua siue bona horum vera antiqua siue leuis, solidorum vtrobique sexaginta Oboli vero in suo vsu manebant Ita vt pro solido antiquo sex dumtaxat commutarentur pro nouo vero XII. Nam ab initio duodecim obolorum fuisse solidum facile coniici potest: Sicut enim quindenum numerum vulgo *mandel* vocamus Ita in plerisque germanie terris vox illa *schilling* pro duodenario numero durat. Perseueravit autem nouorum solidorum appellatio vsque ad memoriam nostram: quomodo demum grossi facti sint inferius dicaui. Nouorum igitur solidorum marche VIII per sexaginta, libram vnam puri argenti continebant: quod ex eorum compositione satis apparet Constant enim ex dimidio eris et altera medietate argenti et eorum marche VIII per LX. pendent prope libras duas Antiqui vero pondere vt dictum est pares illis valore ex dimidio Cum enim quartam solummodo partem argenti haberent, marche XVI e libra argenti puri veniebant, pendentes quadruplum Postea vero mutato statu patrie cum ciuitatibus esset cudendi monetam concessa potestas ipseque nouum exequerentur priuilegium creuit pecunia multitudine non autem bonitate Cepitque quatuor partibus eris quinta argenti in solidis antiquis misceri donec marche XX argenti libra commutarentur Sicque noui illi solidi

cum iam meliores essent plus quam duplo solidis recentibus facti sunt scoti vt iam XXIIII pro marcha leui computarentur: periit ergo quinta pars bonitatis monete in marcha Postea vero quam euanescerent noui solidi iam scoti facti eo quod eciam per Marchiam essent accepti placuit eos grossorum estimatione reuocare, hoc est sub solidis tribus, maximo errore et tanto procerum consilio prorsus indigno perinde ac si prussia sine illis esse non posset quamuis non essent meliores denariis quindecim tunc currentis monete vbi iam multitudo eciam premebat estimationem ipsius Dissidebant ergo grossi cum solidis in quinta vel sexta parte minus valentes a constituto et fallaci ac iniqua extimatione detrahebant dignitati solidorum Oportebat fortassis iniuriam sic vindicari quam solidi grossis prius intulerant coegerantque eos scotos fieri Sed ve tibi Prussia que tuo pro dolor interitu male administrate reipublice penas pendis Igitur estimatione simul et valore pecunie, passim euanescentibus a fabricatione tamen monete plane cessatum non est et expensis non suppetentibus quibus equiualens priori uideretur posterior semper priori peior superinducta est que bonitatem precedentis oppressit et extrusit quoad solidorum estimatio cum valore grossorum proporcionaliter conveniret et marche XXIIII leues pro vna libra cederent argenti Debuerant autem iamtandem saltem reliquie tantille dignitatis monete permansisse: ex quo de eius instauratione meditatum non est Sed que tantisper inoleuit consuetudo sine licencia adulterandi expilandi et inficiendi monetam cessare non potuit nec in hunc diem cessat. Nam qualis postea prodierit et in quo statu nunc sit pudet ac dolet dicere In tantam enim vilitatem hodie collapsa est vt XXX marche vnam libram argenti vix contineant. Quid autem restat si non succurratur nisi vt deinceps prussia, auro et argento vacua, monetam mere cupream habeat Vnde peregrinarum mercium invectiones omnesque negociationes breui sint periture Quis enim externorum mercatorum merces suas moneta cuprea commutare volet Quis denique nostratium in peregrinis

oris eadem moneta exoticas merces comparare poterit Hanc tamen ingentem reipublice prussiane cladem hi quorum interest contempti despiciunt et dulcissimam sibi patriam cui post pietatem in deum nedum officii plurimum sed eciam ipsam vitam debent in dies magis ac magis supina negligencia miserabiliter labi ac periri sinunt.

Cum ergo tantis viciis labor et prussiana moneta et per eam tota patria soli aurifices et hi qui bonitatem metalli callent eius erumnis fruuntur Colligunt enim ex mixta pecunia antiquam ex qua eliquatum argentum vendunt, plus semper argenti cum moneta mixta ab imperito vulgo recipientes: at postquam antiqui illi solidi iam penitus euanescant, eliguntur proximo meliores relicto pecuniarum aceruo deteriori Hinc illa vulgaris et perpetua querimonia Aurum argentum, annonam familie mercedem opificum operam et quicquid in humanis vsibus est solitum transcendere precium sed oscitantes non expendimus omnium rerum charitatem ex vtilitate monete prouenire: Crescunt enim ac decrescunt omnia ad monete conditionem: presertim aurum et argentum, que non ere vel cupro sed auro et argento appreciamus, Nam aurum et argentum dicimus esse tanquam basim monete cui incubat eius estimatio.

At contendet fortasse aliquis exilem monetam vsibus humanis commodiorem esse: nempe subuenientem paupertati hominum, reddentem leui pretio annonam et cetera vite mortalium necessaria facilius suppeditantem per bonam autem monetam omnia chariora reddi, colonos ac censu annuo oneratos preter solitum grauari. Laudabunt hanc sentenciam spe lucri priuati quibus hactenus permissa est cudendi monetam facultas nec fortassis mercatores et opifices quibus nihil propterea perit eam improbabunt quando quidem ad auri valorem merces et res suas vendunt et quo moneta est exilior eo maiori pecuniarum numero eas commutant Verum si communem vtilitatem respicient negare vtique non poterunt prestantem monetam non modo reipublice verum eciam sibi ac omnium hominum ordini salutarem, exiguam vero perniciosam esse:

Quod cum multis rationibus satis perspicuum sit, eciam ipsa experiencia rerum magistra, verum esse discimus: Videmus quippe eas terras potissimum florere que bonam monetam habent, decrescere autem et perire que deteriore vtuntur: floruit nimirum et prussia tunc quando vna marcha pruthenicalis duobus florenis vngaricis emebatur et quando vt premissum est due marche pruthenice et VIII scoti selibra id est marcha argenti puri commutabatur Interim vero vilescente in dies magis ac magis moneta decrescit et patria nostra atque hac peste et aliis calamitatibus vsque ad vltimum pene funus perducta est Constat preterea ipsa loca que bona moneta vtuntur artibns et opificibus egregiis necnon et rerum affluencia pollere Ac contra vbi vilis moneta in vsu est ignauia desidia ac resupinato ocio tam bonarum artium quam ingeniorum culturam negligi atque omnium eciam rerum abundantiam interire: Nondum memoriam hominum excessit frumenta et annonam minori pecuniarum numero in prussia empta fuisse cum adhuc bona moneta vteretur Nunc autem ea vilescente omnium rerum que ad victum et humanum vsum pertinent precium ascendere experimur Ex quo perspicuum esse postest leuem monetam desidiam magis alere quam paupertati hominum subuenire Nec magnopere monete exaltatio censuales grauare poterit qui se plus solito suo dominio pendere videantur fructus terre pecora et id genus rerum suarum maiori eciam pretio sunt vendituri Reciprocum enim dandi accipiendique vicissitudinem proporcionata monete mensura compensabit.

Si igitur calamitosam hactenus prussiam monete restauratione Iam tandem aliquando restituere placet Cauenda imprimis erit confusio ex varietate diuersarum officinarum in quibus cudenda est proveniens: Multiplicitas enim vniformitatem impedit maiorisque negocii est plures officinas in officio rectitudinis conseruari quam vnam.* Duo igitur ad summum designentur loca vnus in

* Bei der zweiten Redaction der Denkschrift sind folgende Sätze weg-

terris regie maiestatis Alter in ditione principis. In primo cudatur moneta que ex vno latere insigniis regalibus ex altero terrarum prussie signetur In secunda autem officina ex vno latere insigniis regiis Ex altero vero nummismate principis signetur Vt vtraque moneta imperio regio subsit et sue maiestatis mandato in vsu tocius regni sit et accepta Que res ad animorum conciliationem et negociationum communionem non parum ponderis est habitura.

Opere precium autem erit quod he due monete vnius sint grani valoris et extimationis et vigili cura primatum reipublice iuxta ordinationem nunc instituendam perpetuo perseuerent Et quod principes vtrinque nihil lucri ex monete cussione senciant, sed tantum dumtaxat eris addatur et ipsa extimatio valorem excedat vt impendiorum iactura sarciri possit et conflandi monetam adimatur occasio.

Vt item huius nostri temporis confusionem quam commixtis noue monete cum antiqua peperit deinceps non incidamus necessarium videtur vt exorta noua, vetus aboleatur ac prorsus intereat et iuxta proportionem valoris sui in officinis pro noua commutetur Alioquin inanis erit renouande monete opera, et confusio posterior fortassis peior priore Inficiet enim denuo antiqua noue monete dignitatem: mixta equidem reddet summam a iusto pondere deficientem et nimium multiplicatam sequetur que dicta est superius incommoditas Cui si quis adhuc obviandum arbitretur per hoc videlicet vt remanentia vetera nummismata tanti minoris estimentur comparatione noue monete quantum eorum valor deterior est aut exilior Sed hoc sine magno errore fieri non poterit Tanta

---

gelassen: *Conduceret itaque vnum et communem esse in tota prussia officinam monetariam in qua omnis generis moneta ex vno latere nummismate siue insigniis terrarum prussie signetur ita vt superne coronam supereminentem habeat vt ex hoc regni superioritatem recognoscat Ex altero vero latere ducis prussie insigne pro se ferat Corona regni incumbente.*

Quod si renitente principe prussie fieri non posset eo quod propriam officinam habere contenderet duo ad summum designentur loca.

enim est nunc tum grossorum et solidorum tum eciam denariorum multiplex diuersitas vt singula nummismata iuxta conditionem valoris sui estimari et ab invicem discerni vix possint Quo fit vt inducta monete varietas confusionem generaret inextricabilem ac negociantibus et contrahentibus labores molestias atque alia incommoda augeret Itaque melius semper erit veterem monetam in reparatione recentis penitus abolere Oportebit enim tantillum damnum semel equanimiter pati si modo damnum dici possit vnde vberior fructus et vtilitas magis constans nascitur ac respublica incrementum sumit.

Monetam vero prussianam in primam illam dignitatem erigere difficillimum est et post tantum casum forte impossibile. tum quenis eius reparatio res sit non parui negocii pro horum tamen temporum conditione commode renovari posse videtur vt saltem ad XX marchas libra argenti redeat hac ratione Pro solidis sumantur eris libre tres, argenti vero puri libra vna minus vncia media vel quantum pro expensis detrahendum sit: Confletur massa ex qua marche XX fiant que in emptione valebunt libram vnam; Id est duas marchas argenti: Eadem ratione eciam fieri possint scoti seu grossi et oboli prout placuerit.

De argenti ad aurum comparatione.

Superius dictum est aurum et argentum esse basim in qua residet bonitas monete Et que de moneta argenti exposita sunt possunt etiam pro maiori parte ad auream referri Reliquum est vt ex transuerso auri et argenti commutandi rationem exponamus Primum igitur inuestigare oportet que sit ratio appreciationis meri auri ad argentum merum siue purum ut de genere in specie et a simplicibus ad composita descendamus Porro eadem est ratio auri et argenti informium que signatorum in eodem gradu ac rursus eadem ratio auri signati ad informe que argenti signati ad argentum informe sub eodem gradu mixtionis et pondere Puris-

simum autem aurum quod apud nos signatum reperitur sunt floreni vngarici hii namque nimium habent admixtionis et tantum forte quantum oportuerat pro expensis deduci in monetariis vnde rite commutantur pro mero auro sub eodem pondere dignitate sigilli supplente defectum florenorum: Sequitur ergo eandem esse rationem argenti puri informis ad aurum purum informe et eiusdem argenti ad florenos vngaricos ponderibus non mutatis At floreni vngarici CX iūsti et equalis ponderis per grana videlicet LXXII inplent libram vnam (libram semper intelligo que continet marchas duas ponderis.) Hoc argumento inuenimus communiter apud omnes gentes libram vnam auri puri tantum valere quantum argenti puri libre XII. Inuenimus tamen et XI libras olim pro vna auri, quam ob causam ab antiquo constitutum esse videtur vt aurei vngarici X appendant libre partem vndecimam: quod si sub eo pondere idem precium hodie duraret, expeditam haberemus conformitatem monete polonice et pruthenice secundum expositam rationem: factis enim XX marcis circiter ex libra vnà argenti prouenirent ad amvssim pro aureo marche due, loco XL grossorum polonicalium Sed postea quam vsu receptum sit vt XII partes argenti sint pro vna auri, dissidet pondus cum pretio vt X aurei vngaricales redimant libram vnam argenti et vndecimam partem libre Si igitur ex libra argenti et eius vndecima parte fiant marche viginti erunt polona et prussiana monete, recta ratione coequate grossus ad grossum et marche due pruthenice pro aureo vngaricali Sed precium argenti erit in selibras singulas marche VIII et solidi X aut circiter.

Verum si vtique vilitas monete et patrie interitus placeat ac ardua nimis videbitur tantilla restitutio et adequatio visumque fuerit vt XV grossi polonici maneant pro marcha et pro aureo vngaricali marche due scoti XVI Id quoque iam dictis modis non magno negotio fiet si marche XXIIII ex argenti libra fiant Ita sane contigit nuper quando adhuc marche XII precium essent in singulas selibras argenti et pro tanta pecunia florenus vngaricus

commutabatur. Hec gracia exempli et pro manuductione dicta sunt Nam infiniti sunt modi constitutionis monete nec est possibile explicare omnes sed communis consensus matura deliberatione poterit hoc vel illud definire prout accommodatissimum videbitur reipublice. Quod si moneta ad florenum vngaricum recte se habuerit et erratum non fuerit facile eciam alii floreni iuxta continenciam auri et argenti ad illorum comparationem taxabuntur.

Hec de monete reparatione dixisse sufficiat vt dumtaxat intelligatur quibus modis ceciderit dignitas eius et quomodo reduci possit quod ex supradictis perspicuum esse spero.

Epilogus reductionis monete.

Circa reparationem et conseruationem monete hec consideranda videntur.

Primum ne absque maturo procerum consilio et vnanimi decreto moneta nouetur.

Secundum vt vnus dumtaxat locus officine monetarie si fieri potest deputetur vbi non vnius ciuitatis nomine sed tocius terre cum ipsius insigniis fieret huius sentencie efficaciam moneta polonica demonstrat que propter hoc solum retinet estimationem suam in tanta terrarum amplitudine.

Tertium vt in publicatione noue monete interdicatur et aboleatur antiqua.

Quartum vt inviolabiliter et immutabiliter perpetuo obseruetur quod XX marche dumtaxat et non amplius fiant ex libra vna puri argenti: dempta eo quod pro expensis opificii deduci oportet: Ita nempe prussiana moneta proporcionabitur polonice, vt viginti grosse prussiani simul ac polonici marcham pruthenicam constituant.

Quintum vt caueatur a nimia monete multitudine.

Sextum vt in omni specie sua simul prodeat moneta hoc est vt scoti sine grossi, solidi, et oboli pariter cudantur.

De admixtione vero quanta esse debeat: an grosse et solidi

fiant an eciam denarii argentei qui fertonem vel marcham mediam aut eciam integram valeant, in placito est eorum quorum interest: nisi vt modus sit Et ita decernatur vt in futurum perpetuo maneat.

De obolis quoque ratio habenda est. quoniam omnino parum nunc valent Ita vt integra marcha vix supra vnius grossi argentum contineat.

Postrema autem difficultas oritur ex contractibus et obligationibus ante et post innouationem monete factis In quibus modum invenire oportet ne contrahentes nimium grauentur. Quemadmodum pristinis temporibus factum est vt patet ex his que in altero latere* huius folii descripta sunt.

---

* Auf der Rückseite des Blattes folgt eine Abschrift des Münz-Edictes vom Jahre 1418, welches in der Warschauer Ausgabe nur in einer polnischen Uebersetzung mitgetheilt ist, ohne dass zugleich angegeben wäre, es sei das Original, wie selbstverständlich in deutscher Sprache geschrieben. Es musste dies hier hervorgehoben werden, weil Unkundige sonst leicht zu irrigen Schlüssen verleitet werden könnten.

Der Anfang dieses Dokumentes lautet:

Disse nachgeschrieben Verramung dess gantzen Landes
ist awsgangen von Marienburg am Sontag
nach aller Heiligen tag 1418.

Zum ersten Wes Zinser mit guttem alten gelde gekawft sein vor III Jaren als vor der satzung die verramet war anno XVI vf Martini die sal mit guttem newen gelde bezalt werden oder mit des gelds wirde. u. s. w.

C.

Uebersetzungen aus dem Griechischen.

1. Die Briefe des Theophylactus Simocatta.

Vorbemerkung.

Auf den nachstehenden Blättern kommt das interessanteste Zeugniss für die humanistischen Studien von Copernicus zum Abdrucke. Um dem Leser ein selbstständiges Urtheil über den Werth dieser Erstlingsarbeit des grossen Astronomen zu ermöglichen, ist der griechische Text, wie ihn die von Aldus (Venedig 1499) besorgte Ausgabe der Ἐπιστολαί διαφόρων φιλοσόφων. ῥητόρων. σοφιστῶν bietet, der lateinischen Uebersetzung gegenübergestellt. Es wird sich bei der Vergleichung freilich ergeben, dass Copernicus nicht genau nach der Aldina übersetzt hat. Allein abgesehen davon, dass die Aldina der älteste Abdruck des griechischen Textes ist und dem Copernicus neben seinem Manuskripte vorgelegen haben kann, muss das Manuskript des Copernicus auch an vielen Stellen mit dem Texte der Aldina übereingestimmt haben. Wo diese Uebereinstimmung im Gegensatze zu den uns bekannten Manuskripten und den spätern Ausgaben besonders hervortritt, wird in den Anmerkungen hervorgehoben; ebenso sind dort die wesentlichen Abweichungen der Uebersetzung von der Aldina verzeichnet.

Für den griechischen Text ist die Orthographie und Interpunktion der Aldina nicht beibehalten. Ganz abgesehen davon, dass beide von

dem heutigen Gebrauche ganz abweichen, finden sich in der Aldina, — wie es bei allen ersten Drucken der Fall ist — viele Fehler. Es sind dies nicht nur Verstösse gegen die Accentregeln und die Interpunktion, sondern oft stehen einzelne Buchstaben, wie ganze Silben an falscher Stelle; bald sind Worte auseinandergerissen, bald wieder in sinnentstellender Weise zusammengeschoben. — Die Interpunktion ist aus der Ausgabe von Boissonade übernommen.*

Auch die Copernicanische Uebersetzung ist nicht mit diplomatischer Treue wiedergegeben; vielmehr ist hinsichtlich der Orthographie und Interpunktion in derselben Weise verfahren, wie bei dem Abdrucke aus dem Werke de revolutionibus orbium coelestium. Die Veröffentlichung der vorliegenden Schrift ist zwar durch Copernicus erfolgt; allein es ist kaum anzunehmen, dass er selbst den Druck überwacht habe. Zudem lässt sich bei einem Druckwerke jener Zeit schwer unterscheiden, ob die Interpunktion, wie die orthographische Behandlung der Sprache, der Eigenart des Schriftstellers angehöre, oder der Willkür und Nachlässigkeit des Setzers. In der Copernicanischen Uebersetzung der Briefe des Theophylactus sind Interpunktion und Orthographie mit der grössten Willkür behandelt. Durch Wiedergabe der sinnentstellenden und verwirrenden Fehler würden aber dem eigentlichen Zwecke des Abdruckes Hindernisse in den Weg gestellt, deren Beseitigung vorzugsweise Pflicht des Herausgebers zu sein scheint. Diese hellenistische Studie des Copernicus bietet ohnehin dem Verständnisse schon hinreichend Schwierigkeiten, so dass ihre Vermehrung recht unnöthig wäre.

Wer aus irgend einem Grunde einen diplomatisch treuen Abdruck einzusehen wünscht, findet denselben in Hipler's Spicilegium Copernicanum p. 74 ff. Der Abdruck in der Warschauer Ausgabe ist incorrect, die Herausgeber haben sich mannigfache Aenderungen gestattet; auf die wichtigsten derselben wird in den Anmerkungen hingewiesen werden.

---

* Theophylacti Simocattae Quaestiones physicas et epistolas ad codd. recensuit versione Kimedonciana et notis instruxit Io. Franc. Boissonade Parisiis MDCCCXXXV.

Theophylacti Scholastici Simocati
epistolae morales rurales et amatoriae
interpretatione latina.

CARMEN

Laurentii Corvini, regiae urbis Vratislaviae notarii, quo valedicit Prutenos describitque, quantum sibi voluptatis attulerint sequentes Theophylacti epistolae, et quam dulcis sit a natali solo extorri in patriam reditus.

Prussia, quam stellis fulgentibus Arcades ursae,
Cumque boote vident lucida plaustra, vale;
Quae cereale solum, piscosa fluenta sinusque
Vitiferos colles et pecudum uber habes,
Atque ubi Hyperborei perfunderis aequoris aestu,
Heliadum lacrimas succina cara legis.
Nec propriis contenta, aliis tibi pluris ab oris
Per mare, per terras adcumulantur opes.
Inter Prutenas Thorun insignior urbes
Felici auspicio terque quaterque vale.
Tu me, signiferum dum bis sol aureus arcum
Circuit, innumera cum bonitate foves.
Sit tuus incolumi felix cum plebe senatus,
Jucundam vitam civis et omnis agat,
Cuius pro meritis et pro bonitatis honore
Quando abs me nequeat gratia digna dari.
Attamen aeternum mihi decantabere, muros
Istula dum praeterlabitur amne tuos.
Prosequitur te rite nepos Atlantis amico
Sidere, perlepidos quod paris alma viros.
Quos inter Lucas, magna gravitate verendus,
Praesul et antistes religione nitet;

Varmia cui servit Prutenae portio terrae
Magna sub imperio rite beata suo.
Huic vir doctus adest, Aeneae ut fidus Achates,
Hoc opus ex Graeco in verba Latina trahens,
Qui celerem lunae cursum alternosque meatus
Fratris cum profugis tractat et astra globis,
Mirandum Omnipotentis opus, rerumque latentes
Causas scit miris quaerere principiis.
Omitto plerosque alios, nam vector habenis
Laxius immissis non remoratur equos.
Hunc agitare leves patriae praedulcis amore
Ingenti coniux iusserat Anna rotas.
Propterea Thorun iterumque iterumque valeto,
Sitque tuis semper rebus adauctus honos.
Hinc per odorati nemoris pineta, per altos
Lucos, per valles, per iuga multa vehor;
Oppida perque tuo rex Sigismunde potenti
Subiecta imperio regna per ampla feror.
Haec spatiosa tribus dimetior arva diebus;
Sic propero patrias laetus adire domos.
Ista molesta licet via sit, sed lectio Graii
Sola Simocati perbreve fecit iter,
Donec Sarmaticae venio ad confinia terrae,
Quae vagus a nostris separat amnis agris,
Amnis arenosus per scirpea saxa volutus
Somniferum fractis murmur adauget aquis.
Hic gurgustioli tenuissima tecta subimus
Pauperis et fessos rite fovemus equos.
Caseolas nobis, quos nucea fiscina nondum
Plene siccarat, prodiga portat anus.
Sed postquam humoris nihil haec cerealis haberet.
Finitimo arentem gurgite pono sitim.
Haurit et Anna cavis argentea flumina palmis,

Qua sunt Slesiacum lambere visa solum,
Atque ait: hiberni rata sum me pocula musti
Potasse, usque adeo est dulcis in ore latex.
Quarta ubi lux oritur, miti nos Slesia tractu
Aëris et coelo dexteriore capit.
Hic coniux dudum optata tellure potita
Cum tali patriam voce salutat humum.
Salve terra, salus mea, vota et gaudia, quae me
Infantem magna sedulitate foves!
Suscipe Prutenae redeuntem a limite terrae,
Et solita gnatae dexteritate fave,
Scilicet extorris memori te semper habebam
Pectore, dulce fuit commeminisse tui!
Si mihi velifero serviret Prussia portu,
Et daret adductas caerula puppis opes,
Si, velut indoctae carus mihi saepe maritus
Dixerat, auriferas funderet Hermus aquas,
Aut mihi Caucaseis flueret de montibus aurum,
Imbre quod effuso Colchica regna legunt:
Tu mihi, cara parens, es longe optatior, et te
Quod pluris faciam vivit in orbe nihil!
Haec postquam ediderat, dilectos laeta penates
Promisso ad solidam munere poscit opem.
Hinc ego: et o superi, mitissima numina! dixi,
Haec tellus quorum sub ditione viget,
Diva quoque Hedwigis, cuius sub principe quondam
Slesia, nunc coeli regia tota iacet,
Efficite, ut salvos Rex omnipotentis olympi
Nos servet patrio restituatque lari!
Dum loquor, apparent montis nimbosa sequacis
Culmina et in summo turris opaca iugo.*

* *Mons sequax* nennt Corvinus den Zobten, weil er dem Reisenden

Paulatim ostentat se Vratislavia celsis
Moenibus ad Phoebes usque levata globum.
Huic gaudente gradu magnae succedimus urbi,
Lux ubi in Hesperias prona recessit aquas.
Et postquam chari reduces gratantur amici,
Posthabitae petimus dulcia tecta domus.
Hic ubi septenos Olafia piscifer orbes
Versat et illisis suave susurrat aquis;
Haec mihi tecta pius multos illaesa per annos
Coniuge cum cara donet habere Deus.
Exul in arcteis alius sibi lucra procellis
Quaerat, et ad Calpen fluctuet Herculeam,
Naviget ardentis post torrida brachia Cancri,
Et loca libratae post sitibunda plagae,
Pergat ad insignem stellis radiantibus aram
Spectet et australis signa sepulta poli,
Ignotoque prius iactatus in aequore nobis
Rugosum opposito ducat ab orbe piper,
Multaque possideat peregrinis iugera terris,
Congreget ut multas dives et exul opes.
Sit mihi lenta domi requies, ardensque caminus,
Atque alimenta meam depositura famem.
Dulcius est parvo in patria dominarier arvo
Quam centum externam vertere bobus humum.

Utque Simocati sapientis epistola in auras
Prodeat, impressis est patefacta modis.
Prima docet mores, rus altera, tertia amores,
Sic opus alterna texitur usque vice,
Unde velut riguo varios de germine flores
Virtutum poterit lector habere decus.

---

gleichsam nachfolgt. — Auf dem Zobten stand bis 1543 ein Thurm Vgl. Fildener Bio- et Bibliographia Silesiaca p. 352.

Ad
Reverendissimum Dominum Lucam Episcopum Varmiensem Nicolai Coppernici Epistola.

Peroptime videtur mihi, reverendissime domine ac nostrae patriae pater, morales, rusticanas et amatorias epistolas Theophylactum scolasticum coordinavisse.

Hic sane considerans, quod varietas prae ceteris delectare soleat, quod quidem diversa ingenia diversis rebus oblectentur, siquidem aliis gravia, aliis levia, severa aliis, nonnullis fabulosa placent, et singuli singulis gaudent: levia gravibus, et lasciva severis ita commiscuit, ut quisque lecturus in his, tamquam in hortulo quodam, ex flosculorum varietate, quod magis placet, colligere possit. In his vero omnibus tantam utilitatem constituit, ut non epistolae, sed leges potius et praecepta institutionis humanae vitae appareant; manifesto brevitatis earum argumento, quas ex diversis auctoribus brevissimas et fecundissimas collegit. De moralibus quidem et rusticanis non facile quis forte dubitabit; amatoriae autem etsi lasciviam ex titulo praetendere videantur, attamen, quemadmodum amaritudo pharmacorum dulcibus a medicis contemperari solet, ut assumentibus gratior fiat, ita propemodum et ipsae castigatae sunt, ut non minus moralium nomen sortiri debuissent. Quae cum ita sint, iniquum putans, quod solis Graecis legerentur, et Latinis non essent communiores, eas pro virili parte Latino sermone interpretari curavi. Tibi autem reverendissime domine, munusculum hoc dedico, sed beneficentiae tuae minime comparandum, quum omnis huiusmodi ingenioli mei labor vel fructus tuus esse merito censeatur, si verum est, sicut utique est, quod etiam Ovidius quondam ad Caesarem Germanicum dixerat: Ingenium vultu statque caditque tuo.

THEOPHYLACTI

Scholastici Simocati* Epistolae

Morales, Rurales et Amatoriae. interpretatione latina.

1. Moralis. Critias Plotino.

Musicum animal cicada. Aurora lucente[1] cantare incipit; sed multo resonantior et secundum sui naturam loquacior hora meridiana percipitur, utpote solaribus inebriata radiis. Teretisat[2] igitur resonans et arborem aram, agrum theatrum faciens viatoribus musicam repraesentat. Cantare igitur nos quoque virtutes tuas urgemur. His siquidem excitamur et admodum incendimus in laudationem tuam. Dudum enim in sordida vita morientes ex litteris tuis ad virtutes nos resuscitasti. Ita sim Critias: Plotinus[3] vel extra corpus philosophatur in terris, vel philosophia incorporata cum hominibus ut homo versatur.

2. Ruralis. Dorcon Moschoni.

Dux gregis admirabilis mihi aries periit, et gregali ducatu privatum est pecus. Ingens luo malum et puto aliquid succensere

---

Copernicus hatte, wie in den Prolegomena der Thorner Säcular-Ausgabe nachgewiesen ist, sein Werk bei der ersten Redaction nicht in sechs, sondern in acht Bücher zu theilen beabsichtigt. Danach umfasste das erste Buch nur die ersten 11 Capitel, hatte aber noch einen besondern Schluss. In diesem hebt Copernicus hervor, dass bereits einige griechische Philosophen die Bewegung der Erde gelehrt hätten. Er nennt unter ihnen — und dadurch hat dieser, später weggestrichene, Schluss noch ein besonderes Interesse gewonnen — auch den Aristarchos von Samos, dessen Nichterwähnung in dem Widmungsbriefe an Papst Paul III bisher mit Recht aufgefallen war. Dass mit den Pythagoräern — wenn Philolaus oder ein Anderer die jährliche Bewegung der Erde wirklich gelehrt haben — diese Lehre untergegangen sei, dürfe uns nicht Wunder nehmen, da es bei den Pythagoräern Gesetz gewesen sei, ihre Lehren nur mündlich und nur den Eingeweihten zu überliefern. Einen Beleg dafür gebe der Brief des Lysis an Hipparch.

Mit der Uebersetzung dieses Briefes schloss in der ursprünglichen Redaction das erste Buch des Werkes de revolutionibus orbium caelestium, indem Copernicus die Trigonometrie dem zweiten Buche überwies.

Die Einleitungsworte, welche Copernicus seiner Uebersetzung des Briefes von Lysis voraufschickt, lauten:

Etsi fateamur Solis Lunaeque cursum in immobilitate quoque terrae demonstrari posse, in caeteris vero errantibus minus congruit. Credibile est hisce similibusque causis Philolaum mobilitatem terrae sensisse, quod etiam nonnulli Aristarchum Samium ferunt in eadem fuisse sententia. non illa ratione moti: quam allegat reprobatque Aristoteles. Sed cum talia sint: quae nisi acri ingenio et diligentia diuturna comprehendi non possent: latuisse tunc plerumque philosophos et fuisse admodum paucos: qui eo tempore sidereorum motuum calluerint rationem, a Platone non tacetur. At si Philolao vel cuivis Pythagorico intellecta fuerint: verisimile tamen est ad posteros non profudisse. Erat enim Pythagoreorum observatio non tradere libris: nec pandere omnibus arcana philosophiae Sed amicorum duntaxat et propinquorum fidei committere ac per manus tradere. Cuius rei monumentum exstat Lysidis ad Hipparchum epistola: quam preciosam apud se habuerint philosophiam placuit huc inserere: atque huic primo libro per ipsam imponere finem. Est ergo exemplum epistolae, quod e Graeco vertimus hoc modo:

Lysis Hipparcho salutem. Post excessum etc.

Das griechische Original des dem Lysis untergeschobenen Briefes lag dem Copernicus in demselben Buche vor, aus welchem er die Briefe des Theophylactus Simocatta übersetzt hat. In den bei Aldus Manutius 1499 herausgegebenen »*Epistolae diuersorum philosophorum. oratorum. Rhetorum sex et vigintis* etc. findet sich der Brief des Lysis abgedruckt f. VI und VII. — Ein Exemplar dieser Briefsammlung befand sich noch im Jahre 1598, wie aus einem Visitations-Recess jenes Jahres hervorgeht, in der Bibliothek des Frauenburger Domstiftes. (Vgl. Hipler Analecta Warmiensia S. 61). Wohin dieses Buch später gekommen ist, hat seither noch nicht ermittelt werden können.

Ausser dem Griechischen Texte besass Copernicus auch die lateinische Uebersetzung von dem Briefe des Lysis, welche der Kardinal Bessarion auf Fol. 2 der Schrift *in calumniatorem Platonis libri IV.* veröffentlicht hatte. Copernicus hatte dieses Werk mit den beiden andern gleichzeitig erschienenen Schriften Bessarions (»*correctio librorum Platonis de legibus*« und »*de natura et arte adversus Trapezuntium*«) einem Folianten einfügen lassen, welcher ausserdem des Ioannes Iovianus Pontanus opera, die φαινόμενα des Aratus und die σφαῖρα des Proclus umfasste Dieses Buch, welches mit dem eigenhändigen Namenszuge von Copernicus geziert ist, befindet sich gegenwärtig auf der Bibliothek zu Upsala (Catal. Upsal. Y. I 1. 17), wohin es mit den andern Büchern gekommen ist, welche Gustav Adolph aus dem Ermlande hatte wegführen lassen.

Für die Uebersetzung des Briefes von Lysis hat Copernicus die Uebersetzung seines Vorgängers in einer weitgehenden Weise benutzt. Bessarion hatte den griechischen Text nicht wörtlich übersetzt, sondern zum Theil recht frei wiedergegeben. Dennoch lehnte sich Copernicus fast ganz an die Uebersetzung des Bessarion an, indem er sogar besondere lateinische Wendungen mitunter beibehielt. An andern Stellen hat Copernicus nur die Reihenfolge der Worte geändert, oder eine ganz unwesentliche Vertauschung gleichbedeutender Worte vorgenommen, z. B. *quasi — tanquam, cum — postquam, nec — neque, sic — ita.*

Trotz dieser Abhängigkeit ist die Uebersetzung des Copernicus als eine selbstständige Arbeit zu betrachten, aus welcher ungeachtet mancher Irrthümer eigenes Verständniss des Griechischen hervortritt. Einiges ist doch in anderer Weise übersetzt als von Bessarion, manches einfacher und natürlicher wiedergegeben. Auch finden sich mehrere Stellen des griechischen Textes bei Copernicus in das Lateinische übertragen, welche Bessarion ganz ausgelassen hatte.

In den Anmerkungen sollen die wesentlichsten Abweichungen der Copernicanischen Uebersetzung von der des Bessarion hervorgehoben, andererseits wiederum diejenigen Stellen bezeichnet werden, wo die Uebereinstimmung am stärksten hervortritt. Dagegen schien es nicht nothwendig alle Abweichungen vom Griechischen Texte aufzuführen, durch dessen Gegenüberstellung Jedem ein eigenes Urtheil ermöglicht ist.

Dass der Brief des Lysis in der editio princeps nicht zu lesen ist, haben nicht etwa die Herausgeber verschuldet. Vielmehr ist die Weglassung desselben durch die von dem Verfasser selbst geänderte Oekonomie des Buches erfolgt. Als Copernicus nämlich, seinen ursprünglichen Plan ändernd, dem ersten Buche noch die jetzigen Kapitel 12—14 nebst dem Verzeichnisse der Sehnen hinzufügte, kürzte er den Text an vielen Stellen; Manches strich er ganz fort. In Folge dieser Umgestaltung ist auch der Brief des Lysis weggefallen.

Der nachfolgende Abdruck der Copernicanischen Uebersetzung ist ein diplomatisch treuer Abdruck des Manuskripts mit Beibehaltung der Interpunktion wie Orthographie; nur die Abbreviaturen sind aufgelöst. Der griechische Text ist gleichfalls mit Beibehaltung der Interpunktion genau nach der Aldina abgedruckt.

LYSIS HIPPARCHO SALUTEM.

Post excessum Pythagorae: numquam mihi persuasissem futurum ut societas discipulorum eius disiungeretur. Postquam autem praeter spem, tamquam naufragio facto[1] alius alio delati disiectique sumus, pium tamen est diuinorum illius praeceptorum meminisse: neque communicare philosophiae bona iis, qui neque[2] animi purifactionem somniaverunt. Non enim decet ea porrigere omnibus: quae tantis laboribus sumus consecuti. Quemadmodum neque Eleusiniarum dearum arcana prophanis hominibus licet patefacere: peraeque enim iniqui ac impii haberentur[3] utrique ista facientes. Operae precium est autem recensere: quantum temporis consumserimus in abstergendis maculis: quae pectoribus nostris inhaerebant: donec quinque labentibus annis,[4] praeceptorum illius facti sumus capaces. Quemadmodum enim pictores[5] post expurgationem astrinxerunt[6] acrimonia quadam vestimentorum tincturam:[7] ut inabluibilem imbibant colorem et qui postea non

1 Copernicus übersetzt nach dem Vorgange von Bessarion ganz frei ohne Anschluss an den griechischen Text: ἀπό ναὸς μεγάλας φορτίδος ἐν ἐρήμῳ πελάγει λυθείσας.

2 Copernicus gebraucht *neque* in der seltenen Bedeutung = *ne — quidem*. Letzteres hatte Copernicus bei Bessarion gefunden und vielleicht eben deshalb abgeändert, zumal da er im Uebrigen die freie Uebersetzung Bessarions beibehielt, sogar die Uebertragung von σοφίας durch *philosophiae*. Bessarions Uebersetzung „*somniare potuerunt*" hat Copernicus zweckmässig in *somniaverunt* umgewandelt.

3 Copernicus hat wohl ohne zureichenden Grund das von Bessarion hinzugefügte *haberentur* beibehalten; das einfache *sunt* würde genügt haben.

Ebensowenig war es geboten, das den folgenden Satz anfangende καλόν mit Bessarion durch *operae pretium* wiederzugeben.

4 Hier ist eine wesentliche Abweichung der Copernicanischen Uebersetzung von der des Kardinal Bessarion; letzterer hat nämlich die Worte πέντε διελθόντων ἐτέων gar nicht übertragen.

ΛΥΣΙΔΟΣ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ

Επιστολὴ πρὸς Ἵππαρχον.

Μετὰ τὸ Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι οὐδέποκα διασκεδασθήσεσθαι τὸ ἄθροισμα τῶν ὁμιλητῶν ἐς τὸν ἑμαυτοῦ θυμὸν ἐβαλόμαν. ἐπεὶ δὲ παρ' ἐλπίδας ὥσπερ ἀπὸ ναὸς μεγάλας φορτίδος ἐν ἐρήμῳ πελάγει λυθείσας, ἄλλος ἄλλοσε φορεύμενοι διεσπάρημεν, ὅσιον κἀμὲ μνᾶσθαι τῶν τήνου θείων καὶ σεμνῶν παραγγελμάτων μηδὲ κοινὰ ποιεῖσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς μηδ' ὄναρ τὰς ψυχὰς κεκαθαρμένοις· οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς ἁπαντῶσι τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων πορισθέντα· οὐδὲ γὰρ βεβάλοις τὰ ταῖν ἐλευσινίαιν θεαῖν μυστήρια διηγεῖσθαι κατ' ἰσότητα δὲ ἄδικοι καὶ ἀσεβέες ἀμφότεροι οἱ ταῦτα πράξαντες. καλὸν δὲ ἀναλογίζεσθαι ὅσον χρόνου μᾶκος διαγάγομες ἐκμετρήσαντες, ἀπορρυπτόμενοι σπίλους τοὺς ἐν τοῖς στάθεσιν ἡμῶν ἐγκεκολαμμένους· ἕως πέντε διελθόντων ἐτέων, ἐγενόμεθα δεκτικοὶ τῶν τήνου λόγων. καθάπερ γὰρ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστυφαν τὰ βάψιμα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν ἀναπίωντι, καὶ μηδὲποκα γενησομέναν ἐξίταλον, τὸν αὐτὸν ὁ δαιμόνιος τρόπον ἀνὴρ παρεσκεύαζε τοὺς φιλοσοφίας ἐρασθέντας,

---

5 οἱ βαφεῖς hat Copernicus merkwürdiger Weise durch *pictores* wiedergegeben. Bessarion wie die Lexika des 15. Jahrhunderts boten ihm das richtige Wort.

6 Copernicus hat den Aoristus gnomicus in ἔστυφαν nicht erkannt, oder vielleicht durch das Perfectum im Lateinischen wiedergeben wollen. Bei Bessarion fand er die richtige Uebersetzung: *Ut enim tinctores solent* etc.

7 Wenn Copernicus den Sinn des griechischen Textes ungenau und nicht recht verständlich wiedergiebt, so ist dies zum Theil durch die Unzulänglichkeit seiner Hülfsmittel zu entschuldigen.

Bessarion's Uebersetzung konnte, da diese sich sehr wenig an die griechischen Worte anschloss, zum Verständnisse des Satzes kaum etwas beitragen. Dieselbe lautet: *Ut enim tinctores solent, priusquam telam inficiant, quarundam rerum acrimonia eam purgare, quo facilius colorem imbibat* etc.

Ebensowenig fand Copernicus Hülfe bei seinen Wörterbüchern. Für στύφω geben sie nur die Uebersetzung: „*obturo, stringo.*" Copernicus wählte nun zwar richtig die letztere Bedeutung, indem er zugleich von Bessarion den

facile possit euanescere. Ita diuinus ille vir philosophiae praeparavit amatores: quo minus spe frustraretur: quam de alicuius virtute concepisset. Non enim mercenariam[8] vendebat doctrinam. Neque laqueos, quibus multi sophistarum mentes iuvenum implicant, utilitate vacantes adnectebat:[9] sed divinarum humanarumque rerum erat praeceptor. Quidam vero doctrinam illius simulantes multa et magna[10] faciunt: et peruerso ordine: neque ut congruit instruere iuventutem. Quamobrem importunos ac proteruos reddunt auditores. permiscent enim turbulentis ac impuris moribus syncera praecepta philosophiae. Perinde enim est ac si quis in altum puteum coeno plenum puram ac liquidam aquam infundat: nam coenum conturbat et aquam amittit. Sic accidit iis: qui hoc modo docent atque docentur. Densae enim et opacae siluae mentem et praecordia eorum occupant: qui rite non fuerint initiati: omnemque animi mansuetudinem et rationem impediunt.[11] Subeunt hanc siluam omnia vitiorum genera:[12] quae depascuntur: arcent: nec aliquo modo sinunt prodire rationem. Nominabimus autem primum ipsorum ingredientium matres incontinentiam et auariciam. Suntque ambae fecundissimae. Nam incontinentia incestus[13]: ebrietates: stupra: et contra naturam voluptates parit et vehementes quosdam impetus: qui ad mortem

---

Zusatz *acrimonia* übernahm. Für die Interpretation der Worte τά βάψιμα τῶν ἱματίων verliessen ihn jedoch Bessarion, wie seine Lexika. Ersterer hatte diesen Theil des Satzes ganz umgestaltet, und in den Wörterbüchern des 15. Jahrhunderts findet sich βάψιμα gar nicht vor.

8 Zu der Uebersetzung *mercenariam doctrinam* für κιβδήλους λόγους hatte Bessarion verleitet, welcher zu *mercenariam* sogar noch *venalem* hinzusetzte. Bei Chrestonius konnte Copernicus die richtige Bedeutung *adulteratus* finden.

9 Der griechische Text verbindet πάγας unmittelbar mit ἐνεπορεύετο. Copernicus scheint dagegen zu *laqueos* noch *adnectebat* hinzugefügt zu haben, welches er bei Bessarion vorgefunden hatte. Wenigstens ist dieses Wort im Manuskripte nur zur Hälfte durchstrichen und der Punkt hinter *doctrinam* nicht getilgt. Die Thorner Säcular-Ausgabe hat *adnectebat* deshalb nicht mit Unrecht in den Text aufgenommen. Dagegen ist von den Herausgebern irrthümlich das vor *adnectebat* stehende Wort als *veritatis* bezeichnet worden. Abgesehen davon, dass die Uebersetzung „*utilitate veritatis*“ keinen Sinn giebt,

ὅπως μὴ διαψευσθῇ περί τινα τῶν ἐλπιζομένων ἐσεῖσθαι καλῶν κἀγαθῶν. οὐ γὰρ κιβδήλους ἐνεπορεύετο λόγους. οὐδὲ πάγας αἷς πολλοὶ τῶν σοφιστῶν τὼς νέως ἐμπλέκοντι ποτ' οὐδὲν κρῆγυον σχολάζοντες. ἀλλὰ θείων τὲ καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἦν ἐπιστάμων. οἱ δὲ, προσχήμα ποιησάμενοι τὰν τήνου διδασκαλίαν, πολλὰ καὶ δεινὰ ὁρῶντι σαγηνεύοντες οὐ κατὰ κόσμον, οὐδ' ὡς ἔτυχε τὼς νέως. τοιγαροῦν χαλεπούς τε καὶ προαλεῖς ἀπεργάζονται τοὺς ἀκούοντας· ἐγκιρνᾶντι γὰρ ἤθεσι τεταραγμένοις τε καὶ θολεροῖς θεωρήματα καὶ λόγους ἐλευθέρους καθάπερ γὰρ εἴ τις εἰς φρέαρ βαθὺ βορβόρου πλῆρες ἐγχέας καθαρὸν καὶ διειδὲς ὕδωρ, τόν τε βόρβορον ἐτάραξε καὶ τὸ ὕδωρ ἠφάνισεν, ὁ αὐτὸς δὲ τρόπος τῶν οὕτω διδασκόντων τε καὶ διδασκομένων. πυκναὶ γὰρ καὶ βαθεῖαι λόχμαι περὶ τὰς φρένας καὶ τὴν καρδίαν ἐμπεφύκαντι τῶν μὴ καθαρῶς ὀργιασθέντων πᾶν τὸ ἄμερον καὶ πρᾷον καὶ λογιστικὸν ἐπισκιάζουσαι προφανῆμεν αὐξηθέν. ἐγκαταδεδύκαντι δὲ τῷ δάσει τούτῳ παντοῖαι κακότητες ἐκβοσκόμεναι καὶ κωλύουσαι καὶ μηδαμῶς ἐῶσαι προκύψαι τὸν λόγον. ὀνομάξαιμι δὲ πρῶτον ἐπελθὼν αὐτῶν τὰς ματέρας, ἀκρασίην τε καὶ πλεονεξίην. ἄμφω δὲ πολύγονοι πεφύκαντι. τᾶς μὲν οὖν ἀκρασίας ἐξεβλάστησαν ἄθεσμοι καὶ μέθαι καὶ φθοραί. καὶ παρὰ φύσιν ἡδοναί. καὶ σφοδραί τινες ὁρμαὶ μέχρι θανάτων καὶ κρημνῶν ἐκδιώκουσαι ἤδη γάρ τινας ἠνάγκασαν ἐπιθυμίαι, μήτε ματέρων μήτε θυγατέρων ἀποσχέσθαι. καὶ δὴ παρεωσάμεναι νόμον καὶ πατέρα καὶ πόλιν καὶ τύραννον

---

so erhellt auch aus der Vergleichung mit dem griechischen Texte, dass Copernicus σχολάζοντες mit *vacantes* übersetzt habe — Bessarion hat die Worte ποτ' οὐδὲν κρῆγυον σχολάζοντες gar nicht übersetzt.

10 Bessarion hat die Worte des griechischen Textes πολλὰ καὶ δεινὰ ὁρῶντι weggelassen. Copernicus übersetzt irrthümlich *multa et magna faciunt;* mit δεινά kann hier schwerlich etwas Lobendes bezeichnet werden.

11 Copernicus hat — es ist die einzige Stelle, wo er aus dem griechischen Texte Worte wegläßt — die allerdings etwas schwer verständlichen Worte προφανῆμεν αὐξηθέν nach dem Vorgange von Bessarion nicht übersetzt.

12 Copernicus übersetzt παντοῖαι κακότητες durch *omnia viciorum genera,* indem er mit Recht Bessarions schwülstige Uebersetzung verwirft „*subeunt hanc sylvam permultae ac variae belua viciorum.*"

13 Die irrthümliche Uebersetzung von ἄθεσμοι durch *incestus* hat wohl Bessarions Vorgang verschuldet. Dieser übersetzt: *Incontinentia enim filias parit illicitas nuptias, ebrietates, stupra* etc.

et praecipicium impellunt. Jam enim libido quosdam usque adeo inflammauit, ut neque matribus neque pignoribus[14] abstinuerint: quos etiam contra leges: patriam: ciuitatem: et tyrannos induxit: iniecitque laqueos: ut vinctos ad extremum usque supplicium coëgerit.[15] Ex auaricia autem genita sunt rapinae: parricidia: sacrilegia: veneficia: atque aliae id genus sorores. Oportet igitur huiusce silvae latebras: in quibus affectus isti versantur: igne ferro: et omni conatu excidere. Cumque ingenuam rationem his affectibus liberatam intellexerimus: tunc optimam frugem; et fructuosam illi inseremus.[16] Haec tu quidem Hipparche non paruo studio didiceras. Sed parum o bone vir servasti, siculo luxu degustato, cuius gratia nihil postponere debuisses. Aiunt etiam plerique te publice philosophari: quod vetuit Pythagoras: qui Damae filiae suae commentariolos testamento relinquens mandauit: ne cuiquam eos extra familiam traderet. Quos cum magna pecunia vendere posset, noluit. Sed paupertatem et iussa patris aestimauit auro cariora.[17] Aiunt etiam: quod Dama moriens Vitaliae filiae suae idem reliquerit fidei commissum. Nos autem virilis sexus inofficiosi sumus in praeceptorem: sed transgressores professionis nostrae. Si igitur te emendaueris gratum habeo. Sin minus mortuus es mihi.

---

14 In der Uebertragung von θυγατέρας folgt Copernicus auffallenderweise der gekünstelten Uebersetzung von Bessarion.

15 Die Thorner Ausgabe druckt irrthümlich *impulitque laqueos et..... coegit.*

16 Den Satz καὶ ῥυσάμενον..... αὐτῷ παραδιδόμεν hat Copernicus ganz frei übersetzt und namentlich im letzten Theile Manches hinzugefügt, wovon im griechischen Texte Nichts zu finden ist. Auch hiezu hat Bessarion den Anstoss gegeben, welcher noch viel weiter gehend folgendermassen übersetzt: *Cumque huiusmodi cultu rationem ab eius affectibus liberatam intellexerimus:*

ἐκπεριαγαγοῦσαι τοὺς ἀγκῶνας, ὡς αἰχμαλώτους ἐπὶ τὸν ἔσχατον ὄλεθρον μετὰ βίας ἄγουσαι κατέσασαν. Τὰς δὲ πλεονεξίας ἐκπεφύκαντι ἁρπαγαί τε καὶ πατροκτονίαι ἱεροσυλίαι. φαρμακεῖαι. καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά. δεῖ ὧν τόγε πρᾶτον τὰς ὕλας ταῖς ἐνδιαιτῆται ταῦτα τὰ πάθη, πυρὶ καὶ σιδάρῳ καὶ πάαις μηχαναῖς ἐκκαθάραντα, καὶ ῥυσάμενον τὸν λογισμὸν ἐλεύθερον τῶν τοσούτων παθέων, τοτηνίκα φυτεύοντά τι χρηστόν αὐτῷ παραδιδόμεν. Ἅπερ ἔμαθες μὲν Ἵππαρχε μετὰ σπουδᾶς, οὐκ ἐτήρησας δ' ὦ γενναῖε, γευσάμενος Σικελικᾶς πολυτελείας, ἃς οὐ χρῆν το γεύεσθαι δεύτερον. Λέγοντι δὲ πολλοί σε καὶ δαμοσίᾳ φιλοσοφέν. ὅπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας· ὅς γε Δαμοῖ τᾷ αὐτοῦ θυγατρὶ τὰ ὑπομνάματα παρακαταθέμενος ἐπέσκαψε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τᾶς οἰκίας παραδιδόμεν. ἃ δὲ, δυναμένα πολλῶν χρημάτων ἀποδόσθαι τὼς λόγως, οὐκ ἐβουλήθη· πενίαν δὲ καὶ τὰς τῶ πατρὸς ἐπισκάψιας ἐνόμιζε χρυσοῦ τιμιωτέρας ἔμεν. Φαντὶ δὲ ὅτι καὶ Δαμὼ θνάσκοισα Βισταλίᾳ τᾷ ἑαυτᾶς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιστολὰν ἀπέστειλεν. Ἄμμες δὲ ἄνδρες ἐόντες, οὐ γνησίως αὐτῷ ποτιφερόμεθα, ἀλλὰ παραβάται τᾶν ὁμολογιᾶν γιγνόμεθα. εἰ μὲν οὖν μεταβάλοιο, χαρήσομαι· εἰ δὲ μή, τέθνακάς μοι.

---

tunc serere optimam aliquam frugem debemus: et optimos atque uberrimos fructus inde proventuros sperare.

17 Copernicus übersetzt genau nach der Aldina. Bessarion muss nach einem, sonst mit dem Texte der Aldina gleichlautenden Manuskripte übersetzt haben, welches hier einen Zusatz hatte, da er die Worte *quamvis mulier* hinzufügt. Vielleicht hat Bessarion diese Worte jedoch aus Diogenes Laertius übernommen, (VIII 42) welcher die ganze Stelle von den Worten: Λέγοντι δὲ πολλοὶ —— ἐνόμιζε χρυσῷ τιμιωτέρας ἦμεν wortgetreu mittheilt, hieran jedoch noch, die Worte καὶ ταῦτα γυνά anschliesst.

D.

Briefe.

Vorbemerkung.

Von dem reichen Briefwechsel des Copernicus ist leider nur Weniges gerettet. Namentlich haben wir zu bedauern, dass die Correspondenz mit Tiedemann Giese und Rheticus, sowie die Briefe an Osiander verloren gegangen sind. In diesen Schriftstücken durften wir hoffen, Aufschlüsse über die Entstehung und Ausbildung der kosmischen Ansichten von Copernicus zu erhalten.

Von dem Briefwechsel des Copernicus mit seinem begeisterten Schüler Rheticus hat sich seither auch nicht die geringste Spur auffinden lassen. Dagegen haben wir in einem vor Kurzem bekannt gewordenen Werke Keplers (in der Apologia Tychonis contra Ursum Kepleri opera ed. Frisch vol. I, 245 sqq.) eine in vieler Beziehung interessante Hinweisung auf einen Brief erhalten, den Copernicus am 1. Juli 1540 an Osiander geschrieben. Copernicus hatte in seinem Briefe einen Gedanken-Austausch über die wichtige Frage veranlasst, ob die Grundsätze der neuen Weltanschauung offen, oder in hypothetischer Umhüllung vorzutragen seien. Hierauf antwortet Osiander in demselben Sinne, in dem die untergeschobene Vorrede zu dem Werke de revolutionibus orbium caelestium geschrieben ist. Keplers Worte lauten:

Cum Copernicus anno 1540 *Calend. Jul. ad Osiandrum scripsisset, sic illi inter cetera respondet Osiander anno* 1532 20. *Apr.*: *de hypothesibus ego sic sensi semper non esse articulos fidei sed fundamenta calculi, ita ut, etiamsi falsae sint, modo motuum φαινόμενα exacte exhibeant, nihil referat; quis enim nos certiores reddet, an Solis inaequalis motus epicycli an nomine excentricitatis contingat, si Ptolemaei hypotheses sequamur, cum id possit utrumque. Quare plausibile fore videretur, si hac de re in praefatione non nihil attingeres. Sic enim placidiores redderes peripateticos et theologos, quos contradicturos metuis.*«

Der Briefwechsel des Copernicus mit Osiander, den Kepler, wie wir aus der vorstehend abgedruckten Stelle ersehen, noch benutzen konnte, ist spurlos verloren gegangen.

Ebenso ist die noch viel wichtigere Correspondenz, welche Copernicus mit seinem langjährigen Freunde Tiedemann Giese geführt, als verloren anzusehen. Sie war noch zwei Menschenalter nach seinem Tode erhalten und um das Jahr 1615 in dem Besitze eines Professors der Krakauer Universität. Wir erfahren dies durch das Zeugniss eines Amtsgenossen Ioh. Broscius. Dieser berichtet in der Vorrede zu seiner Schrift: »Epistolae ad naturam ordinatarum figurarum plenius intelligendarum pertinentes.« Cracoviae 1615:

»*Reverendus Dominus Ioannes Rybkowicz Collega Major in Academia Cracoviensi pro suo in me artesque mathematicas amore dedit mihi perlegendas Reverendissimi Domini Tidemanni Gisii Episcopi Varmiensis epistolas, quarum plurimae ad Copernicum, absolutae subtilitatis mathematicum sunt exaratae. Legi avide, unamque reperi plenam querimoniae propter Opus Revolutionum, prima editione mala fide publicatum. Eam nunc lector accipe, alias Frueburgo reversus, si Deus vitam concesserit, dabo.*«

Broscius selbst besass später einen Theil des Briefwechsels zwischen Copernicus und Giese, vielleicht von Rybkowicz. »*Habeo plures quam XX epistolas Tidemanni Gisii ad Copernicum huius argumenti*« — sagt Broscius selbst in einer Randbemerkung zu seinem, gegenwärtig auf der Krakauer Sternwarte aufbewahrten Exemplar des Copernicanischen Werkes de revolutionibus orbium caelestium.

Eine grössere Zahl von Briefen des Copernicus hatte Broscius später in seinem Besitze, wahrscheinlich als Beute von seinem Ent-

deckungszuge nach den Frauenburger Bibliotheken. Ein Zeitgenosse, Simon Starowolski, erwähnt dies in seiner »vita Copernici:« (»Elogia ac vitae centum Poloniae scriptorum 1627 p. 157 ff.)

»..... *ut manifestum est ex litteris variis (quas habet Clarissimus vir Io. Broscius Philosophiae et Medicinae Doctor Ordinariusque in Alma Universitate Crac. Astrologiae Professor) manu ipsius Copernici ad Lucam avunculum aliosque exaratis....*«

.... *Copernicus familiares habuit Tidemannum Culmensem, Io. Dantiscum Varmiensem Episcopos, Vapovium Cantorem Cracoviensem, ad quem scripsit Epistolam de motu Octavae spherae, Nicolaum de Schadek. Martinum de Ilkus, Mathematicos Cracovienses, olim condiscipulos suos, cum quibus conferebat de eclipsibus et earum observationibus, ut patet ex Epistolis manu illius ipsius scriptis, quas habet in Academia Cracoviensi Io. Broscius.*

Broscius hatte, wie er selbst ausdrücklich mittheilt, die Absicht, alle Briefe des Copernicus, die in seinen Besitz gekommen waren, durch den Druck zu veröffentlichen. Leider ist sein Vorhaben jedoch nicht zur Ausführung gekommen. Veröffentlicht ist durch ihn nur jener Brief Giese's an Rheticus, worin Letzterer aufgefordert wird, gegen Osiander's Impietät in Betreff der untergeschobenen Vorrede zu dem Werke de revolutionibus einzuschreiten.

Wohin die Briefe des Copernicus, welche Broscius besessen hatte, nach dessen Tode gekommen sind, wissen wir nicht. Auf den grossen Polnischen Bibliotheken sind sie bis jetzt vergeblich gesucht worden. —

Den literarischen Reliquien von Copernicus hat man in den letzten Decennien mit besonderm Eifer an verschiedenen Orten nachgespürt. Es ist jedoch bis jetzt nur gelungen, im Ganzen 16 Briefe des grossen Mannes dem Staube der Archive zu entziehen.

Der erste Brief des Copernicus, welcher der Oeffentlichkeit übergeben wurde, war ein kurzes Schreiben an den Herzog Albrecht von Preussen d. d. 21. Juni 1541 (in den Beiträgen zur Kunde Preussens II, 266). Ausser diesem Briefe besitzt das Königsberger Archiv noch ein zweites kürzeres Schreiben an den Herzog Albrecht d. d. 15. Juni 1541. — Diese beiden Briefe sind in deutscher Sprache geschrieben; alle übrigen in lateinischer Sprache.

Von den lateinischen Briefen des Copernicus wurde zuerst veröffentlicht (in Crelle's Journal 1845 Bd. XXIX. Heft 2) ein Schreiben an den Bischof Dantiscus d. d. 27. Juni 1541, welches durch den Fürstbischof Krasicki an die Königliche Bibliothek zu Berlin gekommen ist.

Vier Briefe des Copernicus sind dadurch gerettet, dass sie, den Plünderungen der Frauenburger Archive durch Freundeshand glücklich entgangen, als Kriegsbeute nach Schweden geführt worden waren. Bei seinen Kriegen mit Sigismund III hatte Gustav Adolph nämlich ausser den Ermländischen Bibliotheken auch viele Manuskripte aus dem bischöflichen und dem Kapitels-Archive nach Schweden schaffen lassen. — Von dort wurde ein Theil dieser Archivalien auf Ansuchen der preussischen Regierung im Jahre 1798 zurückgeschickt und dem Königsberger Archive übergeben. Unter denselben befanden sich auch zwei Briefe des Copernicus (an das Domkapitel d. d. 2. October 1518 und an den Domherrn Felix Reich). Diese Spuren weiter zu verfolgen wurde im Jahre 1852 die Universitätsbibliothek zu Upsala einer Durchmusterung unterworfen, und hier fanden sich noch zwei weitere Briefe vor, an den Bischof Mauritius Ferber d. d. 29. Februar 1524 und an den Bischof Dantiscus d. d. 25. April 1538. Diese beiden Briefe sind abgedruckt in meinen »Mittheilungen aus Schwedischen Archiven und Bibliotheken« S. 9 und 10.

Den reichsten Zuwachs an Copernicanischen Reliquien brachte die Warschauer Ausgabe der Werke des Copernicus. Hier wurden zunächst fünf bis dahin ganz unbekannte Briefe des Copernicus an Dantiscus publicirt, geschrieben in den Jahren 1533 (11. April), 1538 (17. März und 2. December) und 1539 11. Jan. und 11. März. Leider vermeiden die Warschauer Herausgeber geflissentlich jede Quellenangabe, und auch anderweitig ist nicht bekannt geworden, wo diese Briefe aufgefunden sind, und wo sie gegenwärtig aufbewahrt werden. Der Kurier Warszawski (1853 p. 863) berichtete nur, dass im Jahre 1853 die Originale von 12 copernicanischen Briefen für die erw. Edition nach Warschau geliehen waren. Vielleicht sind die Schriftstücke, welche neben den bis dahin anderweitig bekannten Briefen in der Warschauer Ausgabe der Werke von Copernicus abgedruckt sind, aus der Zerstreuung gerettete Reste der Briefsammlung, welche Broscius einst be-

sessen. Ausser den fünf bis 1853 ganz unbekannten Briefen gab die Warschauer Ausgabe den Originaltext zweier Briefe des Copernicus an Dantiscus d. d. 8 Juni 1536 und 9. August 1537, deren Inhalt bereits durch eine polnische Uebersetzung von Niemcewicz (Zbiór pamiętników historycznich etc. IV, 24) bekannt geworden war. — Diese beiden Briefe befanden sich nach dem Zeugnisse von Niemcewicz früher im Sibyllentempel zu Pulawy; wo sie gegenwärtig aufbewahrt werden, ist unbekannt. Endlich findet man in der Warschauer Ausgabe das wichtige Gutachten, welches Copernicus in Form eines Briefes an Wapowski d. d. 3. Juni 1524 über eine Abhandlung des Nürnberger Gelehrten Ioh. Werner »de motu octavae sphaerae« geschrieben hatte. Leider ist auch von diesem Schriftstücke nicht bekannt, woher es abgedruckt ist.

Nach dem Jahre 1854 sind noch zwei Briefe des Copernicus an Dantiscus (d. d. 3. März und 28. September 1539) in der Czartoryskischen Bibliothek zu Paris durch den Grafen Alexander Przezdziecki im Jahre 1856 aufgefunden und durch Dominik Szulc in der Bibliotheka Warszawska 1857 IV, 782. 783) veröffentlicht worden.

Zum Schluss der Vorbemerkung sei hier noch beiläufig erwähnt, dass die Briefe, die wir von Copernicus besitzen, mit einer Gemme gesiegelt sind, welche den Apollo mit der Lyra zeigt; an einzelnen Briefen ist das Siegel recht gut erhalten.

In dem nachfolgenden Abdrucke sind diejenigen Briefe, für welche das Original selbst hat benutzt werden können, diplomatisch treu wiedergegeben; nur die Abkürzungen sind aufgelöst. Diejenigen Briefe, welche wir nur durch die Warschauer Ausgabe kennen, mussten selbstverständlich in der Form, wie sie dort veröffentlicht sind, abgedruckt werden: die Warschauer Herausgeber haben weder Orthographie noch Interpunktion der Originale beibehalten.

1. An das ermländische Domkapitel d. d. Mehlsack 22. October 1518.

Nach dem Original im Staatsarchive zu Königsberg.

Venerabiles et observandi domini maiores honorandi.

Intellexi jam eadem heri a domino Reuerendissimo que dignitates vestre de hospicio parando scribunt et sunt fere procurata ad utrumque siue piscarius siue carnarius contigerit dies. Impulerunt me literae p. Greussingi quo citius ex allenstein soluerem et receptus mecum inde burgrabius in heilsberg pleniorem accepit informationem quo minus ille de iustitia denegata queri poterit. Commisit etiam mihi dominus Reuerendissimus commouere dignitates vestras circa dandum domino Magistro responsum si litere non essent emisse, ut addatur in exemplari quod paternitas sua transmisit clausula haec (dass dy helige gerechtikeit nicht vorhindert worde) quo magis peruersa illorum interpretatio et cauillosa praecludatur. Nouitates etiam accepit paternitas sua quod Moscouita suscepit cum Rege perpetuam pacem quibus conditionibus constet expectat paternitas sua in horam intelligere. Sic igitur tota confidentia vicinorum iam corruit. Commendo me dignitatibus vestris. Ex melsac XXII Octobris 1518.

Hinc etiam quam primum potero me absolvam.

N. Coppnic.

Veneralibus et spectabilibus Dominis prelatis canonicis et Capitulo ecclesie Varmiensis, dominis et maioribus suis plurimum obseruandis.

2. An den Bischof Mauritius Ferber d. d. Frauenburg 29. Februar 1524.

Nach dem Original in der Universitätsbibliothek zu Upsala.

Reuerendissime in Christo pater et domine domine gratiose.

Cum olim tempore belli Venerabilis dominus hinricus Snellenberg a domino Renoldo Velstet de pecuniis mihi debitis marcas centum recepisset et non longe post soluisset ex iis marcas XC: remansit mihi in marcas X obligatus, quas ad frequentem repetitionem hactenus consequi non possum, sed remittens me semper ad proximam proventuum distributionem soluere promisit. Cum igitur transactis aliquot mensibus contigisset ut me presente Venerabilis dominus administrator quandam pecunie partem adnumerasset illi, requisivi eum ut ex ea mihi tunc fecisset solutionem secundum promissa offerens me quitaturum nunc illum manu propria. Tunc iterum noua exceptione me fraudauit, coëgitque ut prius chirographum eius a Rinaldo Veltstete recuperarem. Nunc adveniente heri Venerabili domino administratore et corpora prebendarum distribuente requisivi illum cum chirographo suo nec sic profeci. Dicente illo quod plane volet (*sic*) habere pecuniam suam a domino administratori *sic* et si quid mihi debeat, hoc per viam iuris et iudicis officium peterem. postquam ergo video aliter fieri non posse atque pro dilatione odium pro gratificatione ludibria retribui, coactus sequi consilium eius, quo me distrahere cogitat vel defraudare si posset recurro ad Reuerendissimam d. vestram et rogo et supplico — dignetur mihi decernere arrestum fructuum sui beneficii donec mihi satisfiat vel quomodolibet aliter prouidere sua benignitate ut quod meum est consequi possem. Servitia mea cum omni promptitudine R. d. vestre devoveo quam

divina clementia longevam conservet in omni prosperitate et felici gubernatione.

Ex Frauenburg, feria 2 post oculi. Anno domini MDXXIIII.

E. R. D. V.

Nic. Coppernic.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Mauritio, dei gratia Episcopo Varmiensi, domino suo plurimum observando atque gratioso.

---

3. An den Domherrn Wapowski zu Krakau d. d. »ex Varmia«* 3. Juni 1524.

Nach dem Abdrucke in Copernici opera ed. Varsav. p. 575 sqq.

Reverendo Domino Bernhardo Wapowski, Cantori et Canonico Ecclesiae Cracoviensis et S. R. Maiestatis Poloniae Secretario.

Cum pridem ad me mitteres, optime Bernharde, Johannis Werneri** Norembergensis editum de motu octavae sphaerae opus-

---

* Warmia, der lateinische Name für Ermland, wird häufig auch für den Bischofssitz Frauenburg gebraucht.

** Johannes Werner, geb. 1468 zu Nürnberg, lebte, nachdem er 1493—1495 auf der Universität zu Rom sich ausgebildet hatte, als Geistlicher in seiner Vaterstadt bis zu seinem im Jahre 1528 erfolgten Tode. Apelt (Reform der Sternkunde S. 66) rühmt ihn als guten Himmelsbeobachter und vorzüglichen Geometer, der auch eine tiefere Einsicht in die höhere Geometrie besessen. Dasjenige Werk Werner's, über welches Copernicus in dem Briefe an Wapowski seine Ansicht ausspricht, erschien im Jahre 1522 zu Nürnberg unter dem Titel: Libellus super viginti duobus elementis conicis. Comentarius in undecim modos conficiendi opus problematis quod cubi duplicatio dicitur. Dionysiodori problema, quo data sphaera plano sub data ratione secatur. De motu octavae sphaerae tractatus duo ut et summaria enarratio theoricae motus octavae sphaerae.

culum, quod a multis laudari ducebas: petiit ex me Venerabilitas tua, ut ei nostram quoque sententiam de illo significaremus. Quod certo tanto libentius fecissem, quanto honestius et revera a me quoque commendari potuisset, nisi quod studium hominis et conatum laudarem, et quod admonuit Aristoteles, non solum iis, qui bene locuti sunt, gratificandum esse philosophis, sed etiam non recte locutis, quandoquidem non parum saepe contulit etiam devia notasse viam rectam sequi volentibus. Caeterum ad modicum utilis est reprehensio, confertque parum, quia et impudentis ingenii est, momum potius agere velle, quam poëtam. Proinde etiam vereor, ne mihi succenseat aliquis, si alium reprehendam, quamdiu ipse non profero meliora. Itaque volebam illa ut sunt, dimittere curae aliorum, atque sit Venerabilitatis tuae ut libenter nostra acciperet in summa responsum fuisse. Verum cum animadvertam, aliud esse mordere et lacessere quemquam, aliud castigare et revocare errantem, quemadmodum vicissim laudare aliud est, quam adulari et agere parasitum: non invenio, cur desiderio tuo obsequi non deberem, aut quod harum rerum studio et diligentiae, qua praecipue polles, derogare viderer. Ac perinde ne etiam temere videar reprehendere hominem, conabor quam aptissime ostendere, in quibus ille de motu sphaerae fixarum stellarum erraverit, neque conveniat eius traditio, quod forsitan ad certiorem eius rei capessendam rationem non parum etiam conducat.

Primum igitur fefellit eum supputatio temporum, quod existimaverit annum secundum Antonini Pii, quo Cl. Ptolemaeus observata a se fixa sidera in ordinem constituit, fuisse a nativitate Christi anno centesimo quinquagesimo, cum fuerit secundum veritatem annus 139. Ptolemaeus enim lib. III Magnae Constructionis cap. I observatum autumni aequinoctium ab Alexandri Magni morte anno 463 ait fuisse Antonini anno tertio. A morte vero Alexandri ad Christi nativitatem numerantur anni pariles Aegyptii 323 et 130 dies. Nam a principio regni Nabonassari ad Christi nati-

vitatem supputant annos pariles 747 et dies 130. De quo non video dubitare neque auctorem hunc, ut apparet prop. 22, nisi quod additur dies unus secundum canones Alphonsinos, idque ideo, quod Ptolemaeus incipit a meridie primi diei (Calendis, non pridie Cal.) primi mensis Thot apud Aegyptios, annos Nabonassarios et Alexandri Magni, Alphonsus autem a meridie ultimi diei praecedentis, quemadmodum nos a meridie ultimi diei mensis Decembris annos Christi supputamus. A Nabonassaro autem ad excessum Alexandri Magni Ptolemaeus eodem lib. cap. 8 numerat annos 424. Cui astipulatur Censorinus de die natali ad C. Cornelium scribens, auctoritate M. Varronis. Relinquntur ergo ex annis 747 et 130 diebus 323 anni et 130 dies, videlicet ab Alexandri morte ad Christi nativitatem, atque hinc ad Ptolemaei observationem iam dictam anni pariles 139 dies 303. Ergo observatum a Ptolemaeo aequinoctium hoc autumni constat fuisse a nativitate Domini annorum parilium 140, nona die mensis Athyr; Romanorum vero annorum 130, id est die 25 septembris Antonini tertio.

Rursus idem Ptolemaeus libro V Magnae Constructionis cap. 3 in observatione solis et lunae, anno secundo Antonini, supputat annos Nabonassarios 885 et 203 dies. Fuissent ergo a Christi nativitate anni transacti pariles 138 et 73 dies. Exinde, post dies fortassis 54, 14 nempe Pharmuti, nono quo Ptolemaeus sidus Basiliscum observavit, erat a nativitate Christi Romanorum annus 139, 22 dies Februarii. Atque hic Antonini annus secundus, quem putat auctor iste 150 fuisse; fefellit igitur ipsum supra 11 annos. Adhuc autem si quis dubitet et his non contentus cupiat etiam huius rei capere experimentum, meminisse debet, tempus esse numerum sive mensuram motus coeli secundum prius et posterius, hinc etenim anni, menses, dies et horae nobis constant. Mensura autem et mensum vicissim se habent, relativa sunt enim. Porro canones Ptolemaei cum essent adhuc ex recenter a se observatis conditi, credibile non est, errorem aliquem ab his sensu perceptibilem vel discrepantiam eos continere, quominus suis

principiis, quibus incumbunt, non congruerent. Quae cum ita sint, si loca solis et lunae circa Basiliscum, organis astrolabicis inventa a Ptolemaeo anno secundo Antonini, 9 diebus Pharmuthi mensis, 5 horis et dimidia a meridie transactis, per tabulas ipsius inquirendo numeret, non inveniet ea post annos Christi 119, sed post 138 annos, 88 dies et horas $5^1/_2$, quae sunt Nabonassari 885 anni et horae $5^1/_2$. Ita iam error iste manifestus est, qui illius inquisitionem de motu octavae sphaerae plerumque infecit, ubi temporum facit mentionem. Alius error non minor praecedente est in ipsa eius hypothesi, in qua existimat, 400 annis ante Ptolemaeum, aequali tantummodo motu non errantia sidera fuisse mutata; quae ut apertiora magisque perspicua fiant, quae inferius dicentur, animadvertenda puto.

Scientia stellarum est ex eorum numero, quae praepostere cognoscuntur a nobis quam secundum naturam. Quemadmodum verbi gratia: prius natura novit, viciniores esse terrae planetas. quam fixa sidera; deinde, quod sequitur, ut minus vibrantes appareant nobis, est contraria; antea visi sunt non scintillare, et exinde cognitum propinquiores esse terrae. Ita pariformiter prius deprehensum est a nobis inaequales videri stellarum motus, postea epicyclos esse excentricos aliosve circulos, quibus ita ferantur, ratiocinamur. Atque ideo dictum id esse velim, quod oportuerit priscos illos philosophos primum loca stellarum instrumentorum artificio notare cum temporum intervallis et ea tanquam manuductione quadam, ne infinita quaestio de motu coeli remaneret, rationem aliquam de eis certam percunctari. quam tunc visi sunt invenisse, quoniam consideratis visis, quae stellarum locis astipulatione quadam omnibus conveniret. Ita etiam de motu octavae sphaerae se habet, quem prisci mathematici ob nimiam eius tarditatem nobis ad plenum tradere non potuerunt, sed vestigia eorum sequenda sunt investigare cum volentibus et eorum considerationibus tanquam testamento relictis inhaerendum. Quod si sensui inhaerens putaverit illis non credendum in hoc. certe huic clausa

est ianua huius artis, et ante ostium recubans aegrotantium somnia de motu octavae sphaerae somniabit, et merito, utpote qui per eorum calumniam existimaverit suae hallucinationi subveniendum. Constat autem illos summa diligentia et solerti ingenio illa omnia observasse, qui multa et praeclara inventa et admiratione digna nobis reliquerunt. Quamobrem persuadere mihi haudquaquam possum, in accipiendis stellarum locis eos errasse vel in quarta, vel in quinta, sive etiam sexta parte unius gradus, ut hic auctor existimat, de quo postea latius.

Illud quoque praetermittendum non est, in omni motu sidereo, cui diversitas inest, totam revolutionem ante omnia desiderari, in qua intelligatur omnes motus apparentes differentius pertransivisse. Diversitas nempe apparens in motu est, quae impedit, ut per partes tota revolutio et aequalitas motus metiri possit. Sed sicut in inquisitione cursus lunaris Ptolemaeus et ante eum Hipparchus Rhodius magna ingenii sagacitate consideraverunt, oportere esse quatuor momenta in revolutione diversitatis, opposita sibi per diametros utputa extremae velocitatis et tarditatis, ac utrobique per transversum amborum aequalitatum mediantium, quadrifariam secantia circulum, fitque, ut in primo quadrante velocissimus decrescat motus, in altero diminuatur medius, ac rursum crescat tardissimus in tertio quadrante, aequalis in quarto. Qua industria scire potuerunt ex observatis inspectisque lunae motibus, in qua circuli portione quolibet tempore verteretur, ac proinde cum similis motus rediisset, intellexerunt iam factam inaequalitatis circuitionem, quam hoc latius Ptolemaeus lib. IV Magnae Constructionis explicavit. Quod etiam in inquisitione motus octavae sphaerae erat observandum. Sed nimia eius ut dixi tarditas, quae in annorum millibus nondum in se reversus inaequalitatis motus satis constat, non sinit id statim absolvere, quae multas hominum aetates excedit; possibile est tamen, coniectura rationabili ad id perveniri posse, adiutos etiam nunc aliquibus observationibus post Ptolemaeum adauctis, quae in eandem congruerint rationem. Nam

quae determinata sunt, infinitam rationem habere non possunt, quoniam, si per tria puncta non secundum lineam rectam (ut tres lunae eclipses, tres Acronychii) data circumferentia ducatur, non licebit aliam superinducere, quae maior vel minor fuerit prius transmissa. Sed de his alias, ut revertar ad id, unde digressus sum.

Videndum igitur nobis nunc est, an recte se habeat, quod dicit auctor. Non errantia sidera 100 ante Ptolemaeum annis, aequali solummodo motu fuisse mutata. Porro, ne verborum significatione fallamur, aequalem accipio motum, quem et mediocrem dicere solemus: quod sit inter tardissimum et concitatissimum medius (arithmetica medietate). Ne circumveniat nos, quod in corollario primo septimae propositionis dicit: tardiorem esse motum fixarum siderum, ubi penes suam hypothesin aequalem ponit, caeterum velociorem, proinde ac si nunquam futurus sit tardior. In quibus haud scio an sibi ipsi constet multo tardiorem postea adducens. Assumit autem aequalitatis argumentum ex uniformitate, qua fixa sidera tantisper a primis stellarum fixarum observatoribus Aristarcho et Timochare usque ad Ptolemaeum, ac per aequalia temporum intervalla, utpote per singulos annorum centenarios, singulos proxime gradus pertransierunt. Ut apud Ptolemaeum satis apparet repetitum ab auctore prop. 7. Sed hic tantus mathematicus existens non advertit, quod nullatenus esse potest, ut circa momenta aequalitatis, hoc est sectiones circulorum eclipsae 10mae sphaerae et trepidationis, ut ille notat, uniformior appareat stellarum motus quam alibi, quoniam contrarium eius sequi necesse sit, ut tunc maxime varius appareat, minime vero quando velocissimus vel tardissimus est motus apparens. Quod vel e sua ipsius hypothesi et constructione debebat animadvertere, et tabulis inde contextis praesertim ultimo canone, quem ad revolutionem totius aequalitatis sive trepidationis exemplificavit, ubi a ducentis annis ante nativitatem Christi, secundum praecedentem supputationem, in primo annorum centenario reperitur motus ap-

parens scrupul. primorum 19 duntaxat unius gradus. In altero centenario scrupula prima 57. Deinde ab ipsa nativitate Christi per primum annorum centenarium transmutatae fuissent stellae gradus 1 et decima fere et paulo minus sextante unius gradus se invicem excedant motus sub aequalibus temporum spatiis. Quod si coniungas ducentorum annorum utrobique motum, deficiet in primo intervallo a duobus gradibus plus quam quinta parte unius. In secundo autem superaddet prope unius quadrantem; sicque rursus sub aequalibus temporibus excedet motus sequens praecedentem in dimidio gradu ex parte quinta decima fere, cum antea centesimo quoque anno singulos pertransivisse gradus stellas fixas Ptolemaeo credens detulisset. E contrario vero eadem lege assumptorum a se circulorum in velocissimo motu octavae sphaerae contingit, ut in 400 annis vix unius scrupuli differentia in motu apparente reperiatur, quem videre licet ab anno Christi 600 usque ad 1000 in eodem canone. Similiter et in tardissimo, ut a 2000 annis in subsequentes 400. Et ratio diversitatis est, quia, ut dictum est superius, in uno hemicyclo trepidationis a summa videlicet tarditate ad summam velocitatem accrescit semper aliquid motu apparenti, ac in altero semicirculo, qui a summa velocitate ad tarditatem summam computatus, contrario decrescit motus, qui antea creverat; fitque summa augmentatio et diminutio (προσταφηρεσις) in punctis aequalitatis e diametro oppositis (sicut in sole). Adeo ut in motu apparente non sit opus reperire motus aequales in duobus continuis temporum spatiis aequalibus, quorum alter altero maior sit aut minor, nisi circa velocitatis et tarditatis extremitates, ubi duntaxat ultro citroque aequales circumferentias pertranseunt temporis aequalitate, atque incipientes vel desinentes augeri vel minui, mutua tunc compensatione sese coëquant. Nulla ergo ratione convenit medium fuisse motum eum, qui in 400 annis ante Ptolemaeum, sed tardissimum potius, cum etiam non videam, cur alium divinemus tardiorem, de qua nullam coniecturam habere hactenus potuimus, cum ante Timocharem nulla stellarum fixarum

annotatio facta sit, quae ad nos usque pervenisset, sed neque ad Ptolemaeum res miserrima, astronomicas observationes, quas nos habemus, incipere a Timocharide, qui annis 30 post Alexandrum vixit. Cumque velocissimus etiam motus iam praeterierit, consequens est, in altero a Ptolemaeo semicirculo iam non esse, in quo diminuitur motus, cuius etiam non modica pars praeterierit. Itaque mirum videri non debet, quod non potuerit hisce suis assumptionibus propius accedere ad ea, quae sunt ab antiquis annotata, putaveritque eos errasse in quarta vel quinta parte unius gradus, sive etiamnum dimidia et amplius, cum tamen in nulla parte Ptolemaeus maiorem videtur adhibuisse diligentiam, quam ut nobis non errantium stellarum motum sine vitio traderet, attendens, quod non nisi modica eius particula sibi fuisset concessa, qua universum illum circuitum coniecturus esset, ubi error quantumlibet insensibilis interveniens, in tota illa vastitate insignis nimium poterat evenire. Ideoque Timochari Alexandrino Aristarchum adiunxisse videtur coaetaneum et Menelao Romano Agrippam Bithynicum, ut sic etiam in tanta locorum distantia illis consentientibus certissima haberet et indubitata testimonia, quominus credibile sit, eos vel Ptolemaeum in tanto errasse, qui multa alia et difficiliora ad extremum, ut aiunt, unguem deprehendere potuerunt. Nullo demum loco ineptior est quam in 22. propositione et praesertim corollario eiusdem, dum opus hoc suum commendare volens, taxat Timocharem circa duas stellas, utputa Aristam Virginis et eam, quae ex tribus in fronte Scorpii borealior est; quoniam supputatio sua in illo deficiat, in hac autem abundet, ubi nimis pueriliter hallucinatur. Cum non sit eadem utriusque stellae distantia inter Timocharem et Ptolemaeum consideratarum, nempe gradus $4^1/_3$ sub aequali fere temporis differentia, atque numerus supputationis illius proinde idem proxime, nihilo tamen magis advertit, quod gradus 4 scrupula addita loco stellae, quam reperit Timocharis in secundo gradu, merito non posset supplere 6 gradus et scrupul. 20, ubi Ptolemaeus ipsam invenit, et e con-

verso. Idem numerus elevatus ex 26 grad. et 40 scrupulis, Aristae secundum Ptolemaeum usque ad gradum 22⅓ redire ut par est non potuit, sed residebat in 22 gr. 32 scrup. Ita existimabat illis defecisse calculum, quanto hic abundasset, tanquam observationibus haec incidisset diversitas, vel quasi ex Athenis in Thebas et a Thebis in Athenas eadem via non sit. Alioquin, si utrobique vel addidisset vel subduxisset numerum, ut paritas rationis postulabat, invenisset utrumque eodem modo se habere. Adde etiam quod revera non erant inter Timocharem et Ptolemaeum anni 143, sed 432 solum, ut a principio declaravi; proinde, breviori tempore minorem esse numerum oportet, ut non solum in scrupulis 13, sed in triente unius gradus, ab observato stellarum motu dissidebit. Ita errorem hunc suum imposuit Timochari, vix evadente Ptolemaeo. At dum existimat, illorum adnotationibus non fidendum, quod aliud restat, quam ut suis quoque observationibus minus credatur? Et haec de motu quoque declinationis existimandum sit, involvit non ipsum ut ait trepidationibus, instruendo secundam hanc supra primam. Sed dissipato ipso iam fundamento, necesse est superaedificata corruant infirmaque sint, ac minus sibi invicem cohaerentia. Quid demum ipse de motu non errantium stellarum sphaerae sentiam, quoniam alio loco destinata sunt, superfluum putavi, et impertinens hic amplius immorari, cum satis sit, si modo desiderio tuo satisfecerim, ut meam, quod a me exigebas, de isto opusculo habeas sententiam. Valeat Venerabilitas tua faventissime.

Ex Varmia, 3. Junii, 1524.

Nicolaus Copernicus.

Die Existenz des vorstehend abgedruckten wichtigen Briefes war den Zeitgenossen des Copernicus bekannt. Starowolski hatte in seiner „vita Copernici“ ausdrücklich auf dieses Gutachten hingewiesen (vgl. oben Seite 140).

Schmerzlich bedauerte deshalb auch Gassendi, dass ihm dieses Schriftstück nicht zugänglich gewesen sei. Er sagt in seiner „vita Nicolai Copernici" p. 39 (ed. Paris.): „.... *Praetereo, quae varia Copernicus per epistolas disserere potuit; quarum dicitur satis magna copia fuisse nuper prae manibus praeclaro viro Ioanni Broscio Professori Astronomo in Academia Cracoviensi. Isne aliquas ediderit, cum mihi non constet, desiderarim saltem illam, quam de Motu Octavae Sphaerae scripsisse fertur ad Cantorem Cracoviensem Vapouium, unum scilicet ex veteribus condiscipulis et amicis.*

Woher den Warschauer Herausgebern das vorstehende Gutachten, welchem sie die Ueberschrift De Octava Sphaera contra Wernerum gegeben haben, zugänglich geworden ist, kann zur Zeit nicht angegeben werden, da die Warschauer Ausgabe geflissentlich ein jedes Citat vermeidet. Hipler hat, wie es scheint, auf ein Citat von Wiszniewski historya literatury polskiéj VIII, 382 sich stützend, die irrthümliche Angabe gemacht (Spicil. Copern. p. 179), es sei der Brief des Copernicus an Wapowski von Tycho Brahe veröffentlicht worden. Wenigstens findet er sich nicht an den von Wiszniewski citirten Stellen, weder in der Schrift de cometa, noch auch Opp. edit. Francofurt. 1648 tom. II. p. 137

4. An den Domherrn Felix Reich d. d. ex Varmia octaua pasce s. a.

Nach einer gleichzeitigen Abschrift im Staatsarchive zu Königsberg.

Venerabilis domine amice carissime.

Non est parui momenti iis, que suapte natura obscura caligine premuntur Lucem dare posse, cum etiam fieri possit, ut quis recte sentiat, quod autem sentit id eloqui non possit, tale quiddam et mihi interdum euenire vereor. Talis est autem de moneta prussiana ratiocinatio propter variam ipsius commixtionem, ne dicam confusionem, et ideo nihil miror si ea que scripsi non statim intelligantur ab omnibus. Tentabo igitur quod dominatio tua queritur intellectum non fuisse, reddere apertius. Invenimus, inquam, quod libra dimidia argenti emebatur marcis ij et scotis VIII, quando tribus partibus

argenti puri quarta pars eris miscebatur et ex dimidia libra ipsius massae solidos CXII faciebant. Quod igitur moneta huiusmodi habuerit debitas conditiones bone monete secundum valorem et estimationem, per ea, que sequuntur examinando declaratur hoc modo. Cum enim dicimus in solidis CXII libram ½ pendentibus, tres quartas siue dodrantem argenti puri fuisse secundum propositam rationem admixtionis. Sequitur quod in tertia parte huius summe (et sunt solidi XXXVII et tertia unius solidi siue denarii) erit una ex dictis quartis argenti puri sive quarta pars librae ℈. Ergo si XXXVII solidos et tertiam partem solidi addas CXII solidis faciet Summam solidorum CXLVIIII et tertiam partem solidi pendentem librae unius bessem (nam bes denotat duas tercias alicuius totius sicut dodrans III quartas) siue pendentem libram ℈ et sextam unius, quod idem est, quod II tertiae. Hic autem interpretatus sum bessem per sol. XXXII, prout tota libra haec nostra continet sol. XLVIII et non habebam dicere uncias VIII, nam alia est in usu libra maxime apud aromatarios quae partitur in uncias, minor ista in quadrante. Igitur in dicta solidorum summa CXLIX et tertia unius completur dimidia libra argenti puri. Nam cum ipsa pendeat duas tertias librae, si quartam dempseris quam ratio admixti aeris deposcis et equipollet sexti (*sic*) parti totius librae, remanet libra ℈. Habemus ergo valorem monete huius libram dimidiam argenti puri in solidis CXLIX, sed precium eius solidis CXL, nempe ut dictum est mr. 1, scot. VIII; cedunt ergo dignitati seu estimationi solidi fere novem, et in universum pars quinta decima proxime valoris, et sic puto id manifestum. Si preterea aliud quiddam difficultatis emerserit, operam meam pro posse offero. modo quid boni efficere possit. Vereor autem nisi aliter fuerit provisum quam antea ad peiora rem processuram, non enim cessabunt hoc modo cudere monetam. Cur enim cessabunt qui ex eo lucrum, damnum vero nullum, expectant in quemcumque eventum. Intellexi Domino Agathio referente de contributione tractari unde accipio nihil hoc tempore futurum de

moneta. neque enim convenit ut duplici gravamine onerentur subditi. Itaque contribuemus quidem, moneta autem iacebit, imo non iacebit, sed faciemus adhuc peiorem et dabimus Regi Domino Nostro grandem pecuniam id est paleas, grana autem ubi manebunt? Nescio, si non pulcrius, magnificentius atque regalius fuisset, dicam etiam multo utilius, dimissa exactione, monetam nunc erexisse. et si non satis id fuisset, postea ad contributionem processisse. Nam si non fallor, maiorem profectum et fructum reportasset haec res, aucto censu publico, nempe perpetuum illud autem annuum solummodo. Sed quidquid sit fateor me errare posse, unum hominem unum ingenium habentem et non advertentem vel ignorantem, quc ab aliis perpenduntur utiliora. Cupio d. tuam optime feliciterque valere, et faciat me Reverendissimo domino nostro seruiliaque mea commendata.

Ex Varmia, octava pasce.

N. C(oppnic.)
(Felici Reich.)

Die vorstehend abgedruckte Briefcopie findet sich in dem oben Seite 30 ff. beschriebenen Convolute von Schriftstücken über die Münze, welche sich Felix Reich gesammelt hatte. Sie ist gleichfalls mit den dort öfter vorkommenden Worten De moneta registrirt. Die Abschrift ist nicht von Felix Reich gemacht, sondern von einer fremden Hand, welche auch die Anfangsbuchstaben des Namens von Copernicus N C darunter gesetzt hat.

Nach dem Tode von Reich ist, wie oben bereits erwähnt ist, dessen Sammlung von Schriftstücken über die Verbesserung der Preussischen Münze an Copernicus gekommen. Von Copernicus selbst ist später sein Namenszug vollständig ausgeführt, indem er oppnic dem C hinzufügte; ebenso hat er die Adresse Felici Reich hinzugeschrieben. In späterer Zeit ist der Namenszug mit anderer Tinte nochmals nachgezogen worden.)

Der in solcher Weise nachträglich beglaubigte Brief enthält einige wenige Randbemerkungen und Verbesserungen (vielleicht von Reich?), welche jedoch nicht als Varianten aufgeführt, sondern in den Text übernommen sind.

Die Bestimmung der Zeit, in welcher der Brief von Copernicus an Reich

geschrieben ist, kann nur zwischen den Jahren 1526 und 1528 schwanken; es sind die Jahre, welchen auch die übrigen Schriftstücke der Reich'schen Sammlung angehören. Jedenfalls ist der Brief, wie Copernicus selbst im Eingange hervorhebt, nach der Abfassung seiner Denkschrift über die Münze geschrieben, deren Erläuterung er ja bezweckt: ... *„nihil miror, si ea, quae scripsi, non statim intelligantur ab omnibus. Tentabo igitur, quod dominatio tua queritur, intellectum non fuisse, reddere apertius.“*

Nach dem Jahre 1528 scheint Felix Reich sich überhaupt nicht mehr thätig bei den Münzverhandlungen betheiligt zu haben. Bei den Elbinger Verhandlungen im Jahre 1530, welche schliesslich die Einigung mit dem Herzogthume schufen, war er nicht zugegen, obwohl er wegen seiner längeren Beschäftigung mit der Münzfrage zugleich mit Copernicus von dem Bischofe Mauritius Ferber zu dem Elbinger Landtage deputirt war. Dort erschienen vielmehr, wie die Landtags-Recesse melden, als die Abgesandten des Ermländischen Bischofs „die Achtparen und Würdigen Doctor Nicolaus Koppernick und Herr Alexander Schulteti, der Kirche zu Frauenburg Thumherren.“

5. An den Bischof Iohannes Dantiscus* d. d. 11. April 1533.

Nach dem Abdrucke in Copernici opera ed. Varsav. p. 583.

Reverendissime in Christo Pater et Domine!

Percepi litteras Reverendissimae Dominationis Vestrae, e quibus humanitatem, gratiam et favorem erga me R. D. Vrae satis intelligo; quae eum apud Ipsam obtinui, etiam apud alios quoscumque bonos viros eadem propagare non dedignatur. Quod certe non meis meritis, sed cognitae Reverendissimae Dominationis

* Iohannes Flachsbinder, geb. 1485 zu Danzig, nannte sich, seit er 1517 durch Kaiser Maximilian I geadelt war, von Hoven oder de Curiis, in seinem spätern Leben jedoch fast durchweg nach seinem Geburtsorte Dantiscus. Er bestieg nach Beendigung seiner diplomatischen Laufbahn im Jahre 1533 den Stuhl der Bischöfe von Culm, den er bis 1537 inne hatte. Von 1537—1548 war Iohannes Dantiscus Bischof von Ermland.

Vestrae bonitati puto tribuendum. Utinam mihi possit aliquando contingere, quibus haec possum promereri. Gaudeo certe plus quam dici potest, me talem Dominum et Fautorem invenisse. Quod autem petit Reverendissima Dominatio Vestra, ut ad se 20. huius mensis me conferrem, quod et libentissime facerem non levem causam habens tantum Amicum et Patronum visitandi: id tamen mihi incidit infortunium, ut eo tempore Dominum Felicem et me negotia quaedam et causae necessariae nos cogant in loco manere. Itaque, uti Reverendissima Dominatio Vestra boni consulat absentiam tunc meam, rogo. Sum alioquin accedere Reverendissimam Dominationem Vestram, ut par est, paratissimus, et cui plurima alia debeo facere quod placuerit, modo id Reverendissima Dominatio Vestra alio tempore mihi insinuaverit. Cui iam non in petitis gratificari, sed magis iussa capessere me debere fateor.

Ex Frauenburg, Parasceve Paschae, anno 1533.

E. R. D. Vrae

devotissimus

Nicolaus Copernicus.

Reverendissimo in Christo Patri, Domino Domino Ioanni Electo Culmensi, Domino et Fautori suo plurimum observando.

---

6. An den Bischof Iohannes Dantiscus d. d. Frauenburg 8. Juni 1536.

Nach dem Abdrucke in Copernici opera ed. Varsav. p. 584.

Reverendissime in Christo Pater et Domine Domine Clementissime!

Accepi litteras Reverendissimae Dominationis Vestrae, huma-

nitatis plenas et gratiae, quibus me admonet illius familiaritatis et gratiae, quam adhuc in inventute cum Reverendissima Dominatione Vestra contraxi; quam adhuc tamquam florentem apud se durare intelligo. Sicque me inter suos familiares commmemorando, invitare dignita est ad nuptias cognatae suae. Equidem, Reverendissime Domine, obtemperare debebam Reverendissimae Dominationi Vestrae et aliquando me praesentare tanto meo Domino et Patrono. Nunc vero in negotio occupatus, quod mihi Reverendissimus Dominus Varmiensis iniunxit, abesse nequeo. Quapropter boni consulere dignetur istam absentiam meam, et servare antiquam illam de me oppinionem, quamvis absente; cum plus esse consuevit animorum coniunctio, quam etiam corporum. Reverendissimam Dominationem Vestram, in omni felicitate, cui servitia mea commendo, perpetuo valere cupio.

Ex Frauenburg VIII Junii, anno MDXXXVI.

Nicolaus Copernicus.

Reverendissimo in Christo Patri et Domino Domino Ioanni, Episcopo Culmensi, Domino suo Clementissimo.

---

7. An den Bischof Iohannes Dantiscus d. d. Frauenburg 9. August 1537.

Nach dem Facsimile in Copernici opera ed. Varsav.

Reverendissime in Christo Pater et Domine Domine Clementissime!

Opportunitas nuntii Reverendissimae Dominationis Vestrae mihi oblata admonuit me, ut etiam mearum aliquid litterarum ad Reuerendissimam dominationem vestram darem. Accepi his diebus

ex Vratislavia novitates quas mitto Reverendissimae dominationi vestrae, etsi verear, iam antiquas esse apud eandem dominationem vestram, eo quod litterae datae fuerint XXVII Junii. Priuatim vero scribitur mihi. Litteras venisse ex curia Regie Majestatis ferdinandi, hec continentes quod rex persarum instinctu Cesaris, pape et Regis Lusitanie magnis auxiliis Turkam inuestat ut relicta Italia cum expeditione retrocedere cogatur. Inter Regem gallie et Cesarem pacem firmatam aiunt data relicta ducis Mediolani cum ipso Ducatu filio regis Gallorum. Nostri, id est regis Ferdinandi, apud Cassouiam rem bene gerunt, eo capto qui per proditionem Cassouiam ceperat, multis ex hostibus trucidatis, Capta etiam arce munitissima, unde omnis Cassouiae calamitas orta est. Boemi et Moraui iam sunt in itinere similiter Slesite passim vadunt in vngariam, qui forsan dante Deo Cassouiam et alia recuperabunt: Dicunt etiam apud nos quod Weyda petit concordiam certis conditionibus propositis que an acceptabuntur ignoramus adhuc. Et hec in litteris, que sicut accepi trado Reuerendissime Dominationi vestre, Cui servitia mea ac me ipsum deuoueo.

Ex Frauenburg, IX Augusti 1537.

E. R. d. vre

devotissimus

Nicolaus Copernicus.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Ioanni, dei gratia Episcopo Culmensi ac Pomesaniensis ecclesia administratori Domino suo clementissimo.

8. An den Bischof Iohannes Dantiscus d. d. Frauenburg 25. April 1538.

Nach dem Original in der Universitäts-Bibliothek zu Upsala.

Reuerendissime in Christo pater et domine Domine Clementissime. In negocio illo Canonicatuum, quod mihi commisit R. d. vestra (accepto et communicato consilio cum R. d. Culmensi) visum est non satis maturum esse: vt ad Capitulum referatur nisi prius causa Cantoris que superuenit, decidatur, quo facto ad illam proponendam dabitur melior occasio: nisi interim aliud deliberauerit Reuerendissima dominatio vestra. Cui servitia mea cupio esse commendata.

Ex Fruеburgo quinta pasche 1538.

E. R. d. vestrae

Deuotissimus

Nicolaus Copnicus.

Reuerendissimo in Christo patri et domino Domino Ioanni Dei gratia Episcopo Varmiensi domino meo Clementissimo ac plurimum obseruando.

---

9. An den Bischof Iohannes Dantiscus d. d. »ex Gynopoli«* 2. December 1538.

Nach dem Abdruck in Copernici opera ed. Varsav. p. 586.

Reverendissime in Christo Pater et Domine Domine Clementissime, mihique et omnibus observande!

Adhortationem R. D. Vrae paternam satis et plus quam

* Nach Sitte der Humanisten, Eigennamen, wo es irgend möglich war, zu grăcisiren, liebte es auch Copernicus, Frauenburg in Gynopolis umzu-

paternam agnosco: quam etiam intimo corde suscepi. Et quamvis prioris illius, quam R. D. Vra prius in genere habuit, minime oblitus: facere volebam quod monebat; quia tamen non erat facile familiam necessariam ac probam protinus invenire, propositum erat nihilominus intra festa Paschae illi rei finem dare. Jam vero ne R. D. Vra opinetur, me perendinationis affectare praetextus, restrinxi terminum ad unum mensem, hoc est usque ad festa Natalia; neque enim brevior esse potuit, ut R. D. Vra perpendere potest. Cupio enim pro posse cavere, ne sim offendiculo bonis actis, quanto minus R. D. Vrae, quae meruit, ut a me revereatur, honoretur et plurimum ametur; cui me cum omnibus facultatibus meis devoveo.

Ex Gynopoli, secunda Decembris 1538.

E. R. D. Vrae

obedientissimus

Nicolaus Copernicus.

Reverendissimo in Christo Patri et Domino Domino Ioanni, Dei gratia Episcopo Varmiensi, Domino suo Clementissimo.

---

wandeln. Es hat sich noch ein zweiter Brief mit der Ortsbezeichnung „Gynopolis“ erhalten, der Seite 161 abgedruckte Brief an Dantiscus d. d. 28. September 1539, woselbst Copernicus ausserdem noch das Jahr nach der Olympiaden-Rechnung angegeben hat.

Auch in seinem grossen Werke de revolutionibus orbium caelestium hatte Copernicus an einigen Stellen Frauenburg mit der grăcisirten Form bezeichnen wollen. So findet sich in dem Original-Manuskripte — wie wir durch die Thorner Săcular-Ausgabe erfahren — III, 13 „Frueburgo, quam Gynopolin dicere possumus;“ IV, 7 „quoniam Gynopolis, quae vulgo Frueburgum dicitur;“ IV, 16 »Gynopoli accepimus «

In der editio princeps sind die angeführten drei Stellen sämmtlich umgeändert. III, 13 hat Osiander den Relativsatz einfach weggelassen, IV, 7 und IV, 16 *Frueburgum* für *Gynopolis* substituirt. — Ursprünglich hatte Copernicus übrigens an der erstangeführten Stelle III, 13 Frueburgum gar nicht gebraucht, sondern dafür Warmia gesetzt; auch für Gynopolis hatte er anfangs Gynaetia geschrieben.

10. An den Bischof Iohannes Dantiscus d. d. Frauenburg 11. Ianuar 1539.

Nach dem Abdrucke in Copernici opera ed. Varsav. p. 592.

Reverendissime in Christo Pater et Domine Domine Clementissime!

Feci iam, quod nullo iure omittere debui vel potui, in quo spero monitis R. D. V. a me satis esse factum. Caeterum quod scire ex me petit, quanto tempore vixerit felicis recordationis quondam Lucas a Waczelrodt, R. D. V. praedecessor, avunculus meus: vixit annos 64, menses 5; in episcopatu annis 23; obiit penultima Martii, anno Christi 1522. In quo illa generatio finem accepit, cuius insignia in antiquis monumentis et multis operibus extant Torunii. Commendo iam obedientiam meam R. D. Vrae.

Ex Frauenburg, 11. Januarii, anno 1539.

E. R. D. Vrae

obsequentissimus

Nicolaus Copernicus.

Reverendissimo in Christo Patri et Domino Domino Ioanni, Dei gratia Episcopo Varmiensi, Domino suo clementissimo.

---

11. An den Bischof Iohannes Dantiscus d. d. Frauenburg 3. März 1539.

Nach dem Abdrucke in der Biblioteka Warszawska 1857.

Reverendissime in Christo Pater et Domine Domine clementissime.

Heri bonae memoriae Felix Custos et Canonicus ex humanis factus traditus est sepulturae. Canonicatum et praebendam

vacantem pro Domino Raphaele Conopat procuratorio nomine acceptavi, et de ea promoveri, ipsamque illi conferri feci, secundum formam literarum apostolicarum vigore nominationis serenissimae Reginae Poloniae. Quod supra est Reverendissima Dominatio Vestra dignetur consensum suum praebere, cumque Capitulo suo significare, ut detur illi vel mihi Procuratori possessio vacantis praebendae. In quo Reverendissima Dominatio Vestra ad rem litterarum apostolicarum faciet, Domino vero Palatino Pomeraniae eiusque filio et mihi gratiam singularem, quam erga Reverendissimam Dominationem Vestram studebimus promereri. Ex Frauenburg, III. Martii a. MDXXXIX.

Servitor
Nicolaus Copernic.

Reverendissimo in Christo Patri et Domino Domino Ioanni, Dei gratia Episcopo Varmiensi, Domino meo clementissimo.

---

12. An den Bischof Iohannes Dantiscus d. d. Frauenburg 11. März 1539.

Nach dem Abdruck in Copernici opera ed. Varsav. p. 588.

Reverendissime in Christo Pater et Domine Domine Clementissime!

Hodie annuente et consentiente R. D. Vra obtinui a Capitulo possessionem Canonicatus et Praebendae, vacantium per obitum bonae memoriae Felicis pro Domino Raphaële a Conopat. pro quo ago gratias R. D. Vrae, neque dubito quin ipse Raphaël recognoscet hanc benevolentiam R. D. Vrae una cum Domino Palatino Pomeraniae patrono suo, uti par est. Cupio et ago me

commendatum esse eximie R. D. Vrae, cui servitia mea devoveo.

Ex Frauenburg, 11. Martii 1539.

E. R. D. Vrae

obsequentissimus

Nicolaus Copernicus.

Reverendissimo in Christo Patri et Domino Domino Ioanni, Dei gratia Episcopo Varmiensi, Domino suo Clementissimo.

---

13. An den Bischof Iohannes Dantiscus d. d. »ex Gynopoli« 28. September 1539.

Nach dem Abdruck in der Biblioteka Warszawska. 1869.

Reverendissime in Christo pater et domine, domine clementissime. Petiit nuper ex me Reverendissima Dominatio vestra: ut epitaphium quondam Lucae episcopi, antecessoris Reverendissimae Dominationis vestrae, avunculi mei, quod olim a se factum mihi miserat, remitterem Reverendissimae Dominationi vestrae. Mitto igitur eius exemplum, quoniam de manu propria Reverendissimae Dominationis vestrae apud me non exstat. Doleo equidem quod ad usum destinatum non pervenerit: cum iam antea aliud quoddam sepulcro fuisset insculptum, parum habens odoris saporisque minus. Sed quod procuratum sic erat et paratum illi adhuc in humanis volenti. Cupio et precor Reverendissimae Dominationi vestrae longaevam valetudinem ad incrementum ecclesiae suae et suorum consolationem. Cui servitia mea devoveo.

Ex Gynopoli XXVIII Septembris olymp. 579 anno primo.

Episcopalis Reverendissimae Dominationis vestrae

devotissimus

Nicolaus Copernicus.

Reverendissimo in Christo patri et domino, Domino Ioanni Dei gratia Episcopo Varmiensi, domino suo clementissimo.

---

14. An den Herzog Albrecht von Preussen d. d. Frauenburg 15. Juni 1541.

Nach dem Original im Staatsarchiv zu Königsberg.

Durchlauchter vnnd hochgeborner furst genediger herre. meyne vlessige vnd gutwillige dinste sein E. f. G. alle zceit bereith E. f. G. auff ewer briff vnd schreibe tw ich wissen vnd czuerkennen Nach dem ich ann koniglicher Maiestät zcu polen Doctori Joanni benedicto geschreben habe, meinen besten vleis nach zcu erkundigen wie dem Erentvesten vnd gestrengen herrn Georgio von kunhaim E. f. d. amthman in seiner Swacheit mochte geholfen werden. hett mich verhofft es solde mit demselbigen briffsboten antworth gefallen sein. Szo hab ich bis her vom obgenanten doctor keinen briff vborkomen. das mich wundert. Habe ich E. f. G. der sachen halben nichts eingentlichs wissen zcu schreiben. Byn noch derhalben gesint mit zcufelliger botschafft dem selbiger doctor widdrvmb zcu schreiben in der selbigen sachen, alz dan was ich von em erfaren werde wil ich an verzcog zcu stellen E. f. g. der ich meine vlessige vnd vnverdrossene dinste thu demutiglich bevolen.

Datum Frauenburg XV. Junii 1541.

E. f. d.

stetiger dyner

Nicolaus Copnicus.

Dem durchlautigen vnd hochgebornen von gots genoden Albrechten Margrauen zcu brandemburg In preussen vnd wenden hertzog burggrofen zcu Norenberg vnd fursten zcu Rugen, meinem gnedigisten herrnn.

15. An den Herzog Albrecht von Preussen d. d. Frauenburg 21. Juni 1541.

Nach dem Original im Staatsarchiv zu Königsberg.

Durchlautiger hochgeborner furst genediger herr. Ich hab gestern ersten vom koniglicher Majestät zcu polen doctori joanni benedicto ein briff vnd auff mein schreben von wegen des ereuuesten Georgen kunhaim hauptman zcu Tapiau etc. antwort vbirkomen. Die weil aber ann das nichts von andern besonderlichen addir fremden sachen berurth wirt, hab ich E. f. g. denselbigen hauptbriff zcu gestaldt, aus welchem E. f. g. des selbigen doctoris rath vnd dunken wirdt vernehmen. wvst ich doneben was bessers zcu zcuschissen do mit dem gutten herren E. f. g. amptsmann beholflig sein zcu seiner gesundheit erstatunge, solten mir kein arbeit mue vnd surge E. f. g. zcuwolgefallen deren ich mich thue vleissig bevehlen vordrislich sein. Datum frauenburg am XXI Junij Im MDXLI iore.

E. f. D.

underteniger diner **Nicolaus Copnicus.**

Dem Durchlauchtigen vnd hochgeborn fursten von Gots gnoden Albrechten Margrauenn zcu brandenburg zcu preussen vnd wenden herzcogen burgrefen zcu Norimberg vnd fursten zcu Rugen meinem gnedigstn herren.

16. An den Bischof Iohannes Dantiscus d. d. Frauenburg 27. Juni 1541.

Nach dem Original in der Kgl. Bibliothek zu Berlin.

Reuerendissime in Christo pater et domine Domine clementissime. accepi litteras Reuerendissime dominationis vestre humanissimas et admodum familiares, quibuscum etiam non dedignata est mittere ad lectorem librorum meorum epigramma elegans sane et ad rem, non meis meritis sed Reuerendissime dominationis vestre benevolentia singulari, qua studiosos prosequi solet. Ipsum igitur Reuerendissime dominationis vestre titulum operi meo in fastigio praeponam, si modo dignum sit opus, quod a Reuerendissima dominatione vestra exornari tantopere mereatur, quod tamen dictitant me doctiores esse aliquid, quibus obsequi decet. Ego vero singularem benevolentiam et affectum erga me paternum, quo me prosequi non cessat Reuerendissima dominatio vestra, quantum in me est promereri, eique in omnibus quibus possum, vti debeo seruire et obsequi cupio.

Ex Frauenburg XXVII. Junii 1541.

E. R. d. v.

obsequentissimus

Nicolaus Copnicus.

Reuerendissimo in Christo patri et domino Domino Ioanni dei gratia Episcopo Varmiensi domino meo clementissimo.

E.

Das Sendschreiben von Coppernicus an Bernh. Wapowski gegen Joh. Werner's Schrift *„de motu octavae sphaerae“*

in gereinigter Textes-Recension.

Vorbemerkung.

Das Gutachten, welches Coppernicus auf Ansuchen seines Jugend-Freundes und einstigen Studien-Genossen, des Krakauer Domherrn Bernh. Wapowski, über die Schrift eines gleichzeitigen Mathematikers, Joh. Werner aus Nürnberg, abgefasst hat, ist zwar schon unter den Briefen (S. 145—154) abgedruckt; allein der Text hat dort nur in sehr verderbter Gestalt mitgetheilt werden können. Die zehn ersten Bogen des vorliegenden (2) Bandes sind nämlich schon vor mehr als einem Decennium gedruckt; sie wurden im Jahre 1873 (unter dem Titel »*Monumenta Copernicana*«) als Festgabe zur 3. Säkular-Feier des Geburtstages von Coppernicus ausgegeben.

Damals aber war die Coppernicanische Abhandlung »*contra Wernerum*« nur in dem verderbten Texte zugänglich, welchen die Warschauer Ausgabe der Werke von Coppernicus bietet. Dieser schlechte Abdruck musste für die »*Monumenta Copernicana*«, gleichwie es für Hipler's gleichzeitig erschienenes »*Spicilegium Copernicanum*« geschehen

ist, benutzt werden, weil die Warschauer Herausgeber, wie bereits oben S. 154 und Band I, 1. S. 222 ff. hervorgehoben ist, auch nicht die geringste Andeutung über den zeitigen Aufbewahrungs-Ort des von ihnen entdeckten Manuskripts hinzugefügt hatten.

Durch Polkowski's 1873 erschienene Biographie von Coppernicus (p. 214) ist uns erst bekannt geworden, dass der Warschauer Abdruck des Sendschreibens an Wapowski nach einer, dem 16. Jahrhunderte entstammenden Abschrift besorgt ist, welche sich, versteckt in eine kleine Sammlung von Manuskripten und Druckschriften auf der Königl. Bibliothek zu Berlin, der Durchsicht von Fachmännern bis dahin entzogen hatte. Leider war der Abschreiber, den die Warschauer Herausgeber gewonnen hatten, weder Mathematiker, noch mit den Abbreviaturen des 16. Jahrhunderts ausreichend bekannt. So erschien der Abdruck in sehr verderbter Gestalt mit argen Lesefehlern, denen sich dann noch eine nicht geringe Zahl von Druckfehlern anschloss.

Eine Beschreibung der Berliner Handschrift ist Bd. I, Thl. 2, S. 222 ff. gegeben; noch eingehender findet sie sich in den Mittheilungen des Coppernicus-Vereins I, 19 ff.

Eine zweite, gleichfalls aus dem 16. Jahrhunderte stammende Abschrift des Coppernicanischen Sendschreibens an Wapowski hat Curtze in der K. K. Hofbibliothek zu Wien aufgefunden; auch von dieser Handschrift ist von Curtze a. a. O. und Band I, Theil 2, S. 223 eine Beschreibung gegeben*. Eine kritische Vergleichung der Lesarten der Berliner und Wiener Handschrift lässt mit ziemlicher Sicherheit die Form erkennen, in welcher Coppernicus den Brief geschrieben hat.

Nach genauer Kollation dieser beiden, bis jetzt allein bekannten älteren Abschriften der Abhandlung von Coppernicus hat Curtze in dem 1. Hefte der Mittheilungen des Coppernicus-Vereins (S. 23 ff.) eine

* Aus der Beschreibung der Wiener Kopie, welche Bd. I, Thl. 2, S. 223 enthält, ist hier die Bemerkung hervorzuheben, welche der Abschreiber an den Schluss gesetzt hat, es sei seine Abschrift gefertigt »*ex primis post* αὐτόγραφον *lituris 30. Martii 1575.*«

Ausserdem ist anzuführen, dass die Orthographie, wie sie Coppernicus gebraucht, in der Wiener Handschrift in erheblicherem Masse verändert ist, als in der Berliner; dagegen hat jene den Wortlaut treuer bewahrt als die letztere.

kritische Textes-Recension geliefert, welche dem nachfolgenden Abdrucke zu Grunde gelegt ist*.

Eine recht alte Abschrift der Abhandlung von Coppernicus »*contra Wernerum de octava sphaera*« besass einst die Strassburger Stadtbibliothek. Sie war noch zu Lebzeiten von Coppernicus, im Jahre 1531, also bereits 7 Jahre nach Abfassung jenes Sendschreibens an Wapowski kopirt; wir erfahren dies durch die Schluss-Bemerkung des Abschreibers: »*Descripta Pragae ex D. Hayetii exemplari mense Januario MDXXXI.*« Von dem in dieser Notiz erwähnten Besitzer der Prager Handschrift wissen wir nur, dass er eifriger Sammler werthvoller astronomischer Manuskripte gewesen ist. Wahrscheinlich war er der Vater des in der medicinischen und astronomischen Literatur nicht unbekannten Leibarztes des Kaisers Maximilian II., Thaddaeus Hayek (* 1525, † 1600); Tycho Brahe erhielt von letzterem eine Abschrift des — vermuthlich gleichfalls von seinem Vater überkommenen — »*Commentariolus Copernici*«. (Vgl. Band I, 2. S. 285).

Die Strassburger Abschrift ist leider mit der Bibliothek im Jahre 1870 verbrannt. Glücklicherweise war jedoch vorher, im Jahre 1839, von einem gewissen Anton Makowski eine Kopie gefertigt, welche sich in der polnischen Bibliothek zu Paris (Quai d'Orleans No. 6) erhalten hat. Dieselbe hat immerhin eine relative Wichtigkeit, wenngleich sie an ähnlichen Mängeln leidet, wie die Berliner Handschrift; bezeichnend für den Abschreiber ist schon die Rand-Notiz: »*Descripta Strassbourg Mensis Junii 1839 p. Antonio Makowski. (Vol. D. V. 7. 2. in 4to)*«.

Die Strassburger Abschrift stimmte — wie wir aus der Makowskischen Kopie ersehen — im Ganzen mit dem Wiener Manuskripte überein; vermuthlich ist das letztere also gleichfalls von dem Prager Exemplare Hayek's kopirt. Eine genaue Kollation ergab die vollständige Ueber-

---

* Curtze hat seiner Ausgabe des Wapowski-Briefes erläuternde Anmerkungen beigegeben, von welchen einige der wichtigsten aufgenommen werden sollen; sie sind mit (C.) gekennzeichnet. Dagegen wird sich nur selten Veranlassung finden, auf die *varia lectio* der beiden *codices*, mit welcher Curtze seine Textes-Recension in kritisch-philologischer Weise begründet, näher einzugehen. Die vielen Irrthümer bez. Schreibfehler der beiden Abschreiber sind durch Curtze verbessert und ebenso die von den Warschauer Herausgebern in den Text übernommenen Rand-Glossen entfernt worden.

einstimmung bis auf einen Schreibfehler: wo die Wiener Handschrift (Curtze S. 29. Z. 17) »*aequalitatis*« liest, hat die Strassburger Abschrift die irrthümliche Variante »*inaequalitatis*«. Ausserdem bietet letztere die richtige Namens-Form »*Coppernicus*«, während in dem Wiener Manuskripte die Verstümmelung »*Copphernicus*« erscheint.

Epistola Coppernici contra Wernerum.*

Reverendo Domino Bernardo Wapowski**
Cantori et Canonico Ecclesiae Cracoviensis et
S. R. Majestatis Polonicae Secretario
Nicolaus Coppernicus.

Cum pridem ad me mitteres, optime Bernharde, Iohannis Werneri Nurembergensis editum de motu octavae sphaerae opus-

---

* Das Gutachten, welches Coppernicus über die Präcessions-Theorie seines Zeitgenossen Joh. Werner abgegeben, ist im I. Bande, Thl. 2. S. 220 ff. eingehend behandelt. Dort sind auch die erforderlichen Notizen aus dem Leben Werner's beigebracht.

** Der Name Wapowski's erscheint in der Berliner und Wiener Handschrift in den Verstümmelungen »Vapusky« und »Vapoushy«.

Nähere Angaben über die Lebens-Verhältnisse von Wapowski sind Bd. I, Thl. 2, S. 221 zusammengestellt. Nach neueren Untersuchungen ist er jedoch nicht, wie auch Hipler (Spic. Copern. p. 172) und ebenso Karliński (Żywot Kopernika p. 12) annahmen, identisch mit »Bernardus de Mnyschevo«, welcher nach dem Promotions-Buche der Universität Krakau im J. 1493 baccalaureus und 1495 magister wird. Er ist vielmehr ein jüngerer Studien-Genosse von Coppernicus, in der Universitäts-Matrikel im J. 1493 als »Bernardus Stanislai de Radochonycze dioecesis Cracoviensis« inskribirt. Die Heraus-

culum. quod a multis laudari dicebas, petiit ex me Venerabilitas tua, ut ei meam quoque sententiam de illo significarem. Quod certe tanto libentius fecissem, quanto honestius et re vera a me quoque commendari potuisset, nisi quod studium hominis et conatum laudarem, et quod admonuit Aristoteles: »*Non solum iis, qui »bene locuti sunt, gratificandum esse philosophis, sed etiam non recte »locutis, quandoquidem non parum saepe contulit etiam devia notasse »viam rectam sequi volentibus.*« Ceterum ad modicum utilis est reprehensio confertque parum, quia et impudentis ingenii est, Momum potius agere velle quam poëtam. Proinde etiam vereor, ne mihi succenseat aliquis, si alium reprehendam, quamdiu ipse non profero meliora. Itaque volebam illa, ut sunt, dimittere curae aliorum, atque sic Venerabilitati tuae, ut libenter nostra acciperet, in summa responsurus fuissem. Verum cum animadvertam, aliud esse mordere et lacessere quemquam, aliud castigare et revocare errantem, quemadmodum vicissim laudare aliud est quam adulari et agere parasitum, non invenio, cur desiderio tuo obsequi non deberem, aut quod harum rerum studio et diligentia, qua praecipua polles, derogare viderer. Ac proinde, ne etiam temere videar reprehendere hominem, conabor quam apertissime ostendere, in quibus ille de motu sphaerae stellarum fixarum erraverit, neque conveniat eius traditio, quod forsitan ad certiorem eius rei capessendam rationem non parum etiam conducat.

Primum igitur fefellit ipsum supputatio temporum *, quod existimaverit annum secundum Antonini Pii Augusti, quo Cl. Ptolo-

---

geber der »*Scriptores rerum Polonicarum*«, in deren zweitem (1874 erschienenen) Bande die »*pars posterior*« (1480—1535) der »*Chronicorum Bernardi Vapovii*« abgedruckt ist, geben über Bernhard Wapowski und seine Familien-Verhältnisse quellenmässige Mittheilungen. Danach lagen die Familien-Güter Wapowce, Radochońce und Dynów in Galizien; an letzterem Orte befanden sich die Familien-Gräber.

* Die Auseinandersetzung, gegen welche Coppernicus sich an dieser Stelle wendet, findet sich in der *Propositio* III der Werner'schen Abhandlung »*de octava sphaera*«.

maeus observata a se fixa sidera in ordinem constituit, fuisse a nativitate Christi anno centesimo quinquagesimo, cum fuerit secundum veritatem annus CXXXIX. Ptolomaeus enim libro tertio Magnae Constructionis capite primo observatum autumni aequinoctium ab Alexandri Magni morte anno CCCCLXIII ait fuisse Antonini anno III. A morte vero Alexandri ad Christi nativitatem numerantur anni pariles Aegyptii CCCXXIII et CXXX dies. Nam a principio regni Nabonassarii ad Christi nativitatem supputant annos pariles DCCXLVII et dies CXXX, de quo non video dubitare neque autorem hunc, ut apparet propositione XXII. nisi quod additur dies unus secundum Canones Alfonsinos. Idque ideo, quod Ptolomaeus incipit a meridie primi diei primi mensis Thot apud Aegyptios annos Nabonassarios et Alexandri Magni, Alfonsus autem a meridie ultimi diei anni praecedentis, quemadmodum nos a meridie ultimi diei mensis Decembris annos Christi supputamus. A Nabonassaro autem ad excessum Alexandri Magni Ptolomaeus eodem libro capite octavo numerat annos CCCCXXIIII pariles. Cui astipulatur Censorinus de die natali ad C. Cerilium* scribens, autoritate M. Varronis. Relinquuntur ergo ex annis DCCXLVII et CXXX diebus CCCXXIII anni et CXXX dies, videlicet ab Alexandri morte ad Christi nativitatem, atque hinc ad Ptolomaei observationem iam dictam anni pariles CXXXIX et dies CCCIII. Ergo observatum a Ptolomaeo aequinoctium hoc autumni constat fuisse a nativitate Domini annorum parilium CXL, nona die mensis Athyr; Romanorum vero annorum CXXXIX, die XXV septembris, Antonini tertio.

Rursus idem Ptolomaeus libro quinto Magnae Constructionis, capite tertio in observatione Solis et Lunae anno secundo Antonini

* Der Adressat des Briefes *de die natali* von Censorinus heisst nach neuern Angaben *Caerellus*. In den bis zu des Coppernicus Zeiten erschienenen Ausgaben ist stets *Cerilius* gedruckt; Coppernicus konnte also auch nur diese Form gebrauchen, wie sie in dem Wiener Manuskripte wirklich sich findet. Die Warschauer Herausgeber haben aus der Berliner Handschrift die Namensform »*Cornelium*« übernommen.

supputat annos Nabonassarios DCCCLXXXV et CCIII dies. Fuissent ergo a Christi nativitate anni transacti pariles CXXXVIII et LXXIII dies. Exinde post dies XIV, nempe Pharmuti nono, quo Ptolomaeus Leonis Basilicum* observavit, erat a nativitate Christi Romanorum annus CXXXIX, XXII dies Februarii, atque hic Antonini annus secundus, quem putat autor iste CL. fuisse. Fefellit igitur ipsum supra annos XI.

Adhuc autem si quis dubitet et his non contentus cupiat etiam huius rei capere experimentum, meminisse debet tempus esse numerum sive mensuram motus caeli secundum prius et posterius. Hinc etenim anni, menses, dies et horae nobis constant. Mensura autem et mensum vicissim se habent, relativa enim sunt. Porro Canones Ptolomaei cum essent adhuc ex recenter a se observatis conditi, credibile non est errorem aliquem ab his sensu perceptibilem vel discrepantiam aliquam eos continere, quo minus suis principiis, quibus incumbunt, non congruerent. Quae cum ita sint, si loca Solis et Lunae circa Basiliscum organis astrolabicis inventa a Ptolomaeo anno secundo Antonini novem diebus Pharmuti mensis quinque horis et dimidia a meridie transactis per tabulas ipsius inquirendo numeret, non inveniet ea post annos Christi CXLIX, sed post CXXXVIII annos, LXXXVIII dies et horas qūinque et dimidiam, qui sunt Nabonassarii DCCCLXXXV anni, dies CCXVIII et horae quinque et dimidia. Ita iam error iste manifestus est, qui illius inquisitionem de motu octavae sphaerae plerumque infecit, ubi temporum facit mentionem.

Alius error non minor praecedenti est in ipsa eius hypothesi, in qua existimat CCCC annis ante Ptolomaeum aequali tantummodo motu non errantia sidera mutata fuisse**. Quae ut apertius

* Der für die Warschauer Ausgabe gewonnene Abschreiber des Berliner Manuskripts hat das Zeichen des Löwen ♌, welches ebenso die Wiener Handschrift zeigt, nicht verstanden und dafür »sidus« substituirt. C.

** *Alius error.* Die Stelle, auf welche Copernicus anspielt, findet sich in Werner's *Propositio* VI. und lautet: *Si itaque fixorum siderum motus*

[appareant, utque]*, quae inferius dicentur, magis perspicua fiant, animadvertendum puto, scientiam stellarum ex eorum esse numero, quae praepostere cognoscuntur a nobis, quam secundum naturam. Quemadmodum, verbi gratia, prius natura novit viciniores esse terrae planetas quam fixa sidera, deinde quod sequitur, ut minus vibrantes appareant. Nobis e contrario antea visi sunt non scintillare et exinde cognitum propinquiores esse terrae. Ita pariformiter prius deprehensum est a nobis inaequales videri stellarum motus, postea epicyclia esse, eccentricos aliosve circulos, quibus ita ferantur, ratiocinamur. Atque ideo dictum id esse velim, quod oportuerit priscos illos philosophos primum loca stellarum instrumentorum artificio notare cum temporum intervallis et ea tamquam manuductione quadam, ne infinita quaestio de motu caeli remaneret, rationem aliquam de eis certam percunctari, quam tum visi sunt invenisse, quando consideratis visisque omnibus stellarum locis astipulatione quadam omnibus conveniret. Ita etiam de motu octavae sphaerae se habet, quem prisci mathematici ob nimiam eius tarditatem nobis ad plenum tradere non potuerunt. Sed vestigia eorum sequenda sunt investigare cum volentibus et eorum observationibus** tamquam testamento relictis inhaerendum. Quod

---

per quadringentos annos in singulis annorum centenariis singulos perfecerint gradus, consequens itaque est eundem fixorum siderum motum ante Ptolemaeum per quadringentos annos fere uniformem et aequalem exstitisse.

* Die von der Parenthese umschlossenen Worte sind Konjektur Curtze's, der sich zu derselben genöthigt sah, um den Satz verständlich zu machen und wenigstens nichts Neues und dem Sinne Widersprechendes hineinzutragen.

Die Handschriften bieten übereinstimmend Unverständliches. Deshalb haben sie gleichfalls eine Aenderung vorgenommen, durch welche sie jedoch mehr geschadet als genützt haben. Sie haben nämlich die zusammengehörigen Sätze zerrissen, indem sie hinter »*puto*« einen Punkt setzten und sogar einen Absatz folgen liessen. (Vgl. oben S. 148.)

** Die Berliner Handschrift, und ihr folgend die Warschauer Ausgabe liest »*considerationibus*«; die Wiener Handschrift dagegen bietet das in den Text aufgenommene »*observationibus*«. Letzteres ist unbedingt vorzuziehn; den Beobachtungen der Alten — meint Coppernicus unzweifelhaft — sollen wir vertrauen; auf ihre sonstigen Betrachtungen kommt es nicht an!

si secus aliquis putarit illis non credendum, in hoc certe huic clausa est ianua huius artis, et ante ostium recubans aegrotantium somnia de motu octavae sphaerae somniabit, et merito, utpote qui per illorum calumniam existimaverit suae hallucinationi subveniendum. Constat autem illos summa diligentia et solerti ingenio illa omnia observasse, qui multa et praeclara inventa et admiratione digna nobis reliquerunt. Quamobrem persuadere mihi haudquaquam possim in accipiendis stellarum locis eos errasse vel in quarta vel quinta sive etiam sexta parte unius gradus, ut hic autor existimat, de quo postea latius.

Illud quoque praetermittendum non est in omni motu sidereo, cui diversitas inest, totam revolutionem ante omnia desiderari, in qua intelligatur omnes motus apparentis differentias pertransivisse. Diversitas enim apparens in motu est, quae impedit, ut per partes tota revolutio et aequalitas motus metiri non possit*. Sed sicut in inquisitione cursus Lunaris Ptolomaeus et ante eum Hipparchus Rhodius magna ingenii sagacitate considerarunt, oportet esse quatuor momenta in revolutione diversitatis opposita sibi invicem per diametros, utputa extremae velocitatis et tarditatis, ac utrobique per transversum amborum aequalitatum mediantium quadrifariam secantia circulum, fitque, ut in primo quadrante velocissimus decrescat motus, in altero diminuatur medius, ac rursum crescat tardissimus in tertio quadrante, aequalis in quarto. Qua industria scire potuerunt ex observatis inspectisque Lunae motibus, in qua circuli portione quolibet tempore verteretur, ac proinde, cum similis motus rediisset, intellexerunt iam factam inaequali-

---

* Zu dem angezeichneten Satze des Textes hat die Berliner Handschrift die zutreffende Rand-Glosse »*Copernicus fol. 89. Medius aequalisque motus eo certioribus redditur numeris, quo magis fuerit ab aequalitatis differentiis separatus.*«

Auf Blatt 89 der *editio princeps* des Coppernicus findet sich das XVIII. Kapitel des dritten Buches mit der Ueberschrift: »*De examinatione motus aequalis secundum longitudinem*«, und in diesem wird das auseinandergesetzt, was die Randnote ausspricht.

tatis circuitionem, quemadmodum hoc latius Magnae Constructionis libro quarto Ptolomaeus explicavit. Quod etiam in inquisitione motus octavae sphaerae erat observandum. Sed nimia eius, ut dixi, tarditas, qua in annorum millibus nondum in sese reversus inaequalitatis motus satis constat, non sinit id statim absolvere, quae multas hominum aetates excedit. Possibile tamen est coniectura rationabili ad id perveniri posse adiutos etiam nunc aliquibus observationibus post Ptolomaeum adauctis, quae in eandem congruerint rationem. Nam quae determinata sunt, infinitam rationem habere non possunt, quemadmodum, si per tria puncta non secundum lineam rectam * data circumferentia ducatur, non licebit aliam superinducere, quae maior vel minor fuerit prius transmissae. Sed de his alias, ut revertar ad id, unde digressus sum.

Videndum igitur nobis nunc est, an recte se habeat, quod dicit auctor, non errantia sidera CCCC ante Ptolomaeum annis aequali solummodo motu fuisse mutata. Porro, ne verborum significatione fallamur, aequalem accipio motum, quem et mediocrem dicere solemus, quod sit inter tardissimum et concitatissimum medius **. Ne circumveniat nos, quod in corrollario primo septimae propositionis dicit »*tardiorem esse motum fixorum siderum*«, ubi penes suam hypothesin aequalem ponit, ceterum velociorem, perinde ac si numquam futurus sit tardior. In quibus haud scio, an sibi ipsi constet, multo tardiorem postea adducens. Assumit autem aequalitatis argumentum ex uniformitate, qua fixa sidera tantisper a primis stellarum fixarum observatoribus, Aristarcho et Timochare, usque ad Ptolomaeum ac per aequalia temporum intervalla, utputa per singulos annorum centenarios, singulos proxime gradus pertransi-

* Auf die Worte »*lineam rectam*« lässt die Warschauer Ausgabe eine Randglosse der Berliner Handschrift folgen, ohne sie als solche zu bezeichnen »*ut tres lunae ecclipses, tres acronychii*«.

** Auch hier hat, nach dem Schlussworte des Satzes, die Warschauer Ausgabe die Randglosse der Berliner Handschrift »Arithmetica medietate« in den Text aufgenommen.

erunt, ut apud Ptolomaeum satis apparet repetitum ab autore propositione septima. Sed hic tantus mathematicus existens non animadvertit, quod nullatenus esse potest, ut circa momenta aequalitatis, hoc est sectiones circulorum eclipticae decimae sphaerae et trepidationis, ut ille vocat, uniformior appareat stellarum motus quam alibi, quando contrarium eius sequi necesse sit, ut tunc maxime varius appareat, minime vero, quando velocissimus vel tardissimus est motus apparens. Quod vel e sua ipsius hypothesi et constructione debebat animadvertere et tabulis exinde confectis, praesertim ultimo Canone, quem ad revolutionem totius aequalitatis sive trepidationis exemplificavit, ubi a ducentis annis ante nativitatem Christi secundum praecedentem supputationem in primo annorum centenario reperitur motus apparens scrupulorum primorum XLIX dumtaxat unius gradus; in altero centenario scrupulorum primorum LVII. Deinde ab ipsa nativitate Christi per primum annorum centenarium transmutatae fuissent stellae gradu I et decima fere parte unius: in secundo gradu I et quarta fere, ut paulo minus sextante unius gradus se invicem excedant motus sub aequalibus temporum spatiis. Quod si coniungas ducentorum annorum utrobique motum, deficiet in primo intervallo a duobus gradibus plus quam quinta pars unius, in secundo autem superaddet prope unius quadrantem, sicque rursus sub aequalibus temporibus excedet motus sequens praecedentem in dimidio gradu et parte quintadecima fere, cum antea centesimo quoque anno singulos pertransivisse gradus stellas fixas Ptolomaeo credens detulisset. E contrario vero eadem lege assumptorum a se circulorum in velocissimo motu octavae sphaerae contingit, ut in CCCC annis vix unius scrupuli differentia in motu apparente reperiatur, quemadmodum videre licet ab annis Christi DC usque ad M in eodem Canone. Similiter et in tardissimo, ut a II. MLX annis* in subsequentes CCCC. Et ratio diversitatis est,

* Durch einen offenbaren Schreibfehler hat die Warschauer Ausgabe

quia, ut dictum est superius, in uno hemicyclio trepidationis, a summa videlicet tarditate ad summam velocitatem accrescit semper aliquid motui apparenti, ac in altero semicirculo, qui a summa velocitate ad tarditatem summam computatus, continue decrescit motus, qui antea creverat, fitque summa augmentatio et diminutio* in punctis aequalitatis e diametro oppositis**, adeo ut in motu apparente non sit reperire motus aequales in duobus continuis temporum spatiis aequalibus, quorum alter alteri maior sit aut minor, nisi circa velocitatis et tarditatis extremitates, ubi dumtaxat ultro citroque aequales circumferentias pertranseunt temporis aequalitate atque incipientes vel desinentes augeri vel minui mutua tunc sese compensatione coaequant. Nulla ergo ratione convenit medium fuisse motum eum, qui in CCCC annis ante Ptolomaeum, sed tardissimum potius, cum etiam non videam, cur alium divinemus tardiorem, de quo nullam coniecturam hactenus habere potuimus, cum ante Timocharem nulla stellarum fixarum annotatio facta sit, quae ad nos usque pervenisset, sed neque ad Ptolomaeum***. Cumque velocissimus etiam motus iam praeterierit, consequens est in altero a Ptolomaeo semicirculo iam nos esse, in quo diminuitur motus, cuius etiam non modica pars praeterierit.

Itaque mirum videri non debet, quod non potuerit hisce suis assumptionibus propius accedere ad ea, quae sunt ab antiquis

---

»2000« für »2060« annis gesetzt. Wenn die Handschriften nicht deutlich 2060 geben würden, dürfte schon der Einblick in die Tafel Werner's zeigen, dass diese Zahl die einzig richtige ist.

* Nach dem Worte »*deminutio*« schiebt die Berliner Handschrift die Glosse ein »προσθαφαίρεσις«, welches Wort die Warschauer Herausgeber, in »προσταφήρεσις« verändert, in den Text aufgenommen haben.

** Hinter »*oppositis*« schiebt die Berliner Handschrift die Glosse »*sic in* ☉ « ein, welche dann von den Warschauer Herausgebern in den Text übernommen ist als »*sicut in Sole*«. (C.)

*** Hinter »*Ptolomaeum*« hat die Berliner Handschrift eine längere Glosse, welche von dem Berliner Abschreiber der Warschauer Ausgabe ohne Weiteres in den Text aufgenommen ist » *Res miserrima, astronomicas observationes, quas nos habemus, incipere a Timocharide, qui annis 30 post Alexandrum vixit.*«

annotata, putaveritque illos errasse in quarta vel quinta parte unius gradus, sive etiamnum dimidia et amplius, cum tamen in nulla parte Ptolomaeus maiorem videtur adhibuisse diligentiam, quam ut nobis non errantium stellarum motum sine vitio traderet, attendens, quod non, nisi modica eius particula, id sibi fuisset concessum, qua universum illum circuitum coniecturus esset, ubi error quantumlibet insensibilis interveniens in tota illa vastitate insignis nimium poterat evenire. Ideoque Timochari Alexandrino Aristarchum adiunxisse videtur coaetaneum, et Menelao Romano Agrippam Bithynium, ut sic etiam in tanta locorum distantia illis consentientibus certissima haberet et indubitata testimonia, quo minus credibile sit eos vel Ptolomaeum in tanto errasse, qui multa alia et iam difficiliora ad extremum, ut aiunt, unguem deprehendere potuerunt. Nullo demum loco ineptior est quam in vigesima secunda propositione* et praesertim corollario eiusdem, dum opus hoc suum commendare volens taxat Timocharem circa duas stellas, utputa Aristam Virginis et eam, quae ex tribus in fronte Scorpii borealior est, quod supputatio sua in illa deficiat, in hac autem abundet, ubi nimis pueriliter hallucinatur. Cum enim sit eadem utriusque stellae distantia inter Timocharem et Ptolomaeum consideratarum, nempe gradus IIII et tertia pars sub aequali fere temporis differentia, atque numerus supputationis illius perinde idem proxime, nihilo tamen magis advertit, quod gradus IIII, scrupula VII addita loco stellae, quam reperit Timochares in

* Die Stelle, durch welche Coppernicus veranlasst ist, ein so hartes Urtheil über Werner auszusprechen, findet sich in der Schrift *»de motu octavae sphaerae«* fol. 71 im Corollarium der Propositio XXVII. Sie lautet: *»veluti id liquet de considerationibus Timocharidis, quae in fixo sidere Arista dicto a computo meo deficiunt, super stella vero illa, quae in fronte Scorpii trium splendidarum borealior est, meum calculum excedunt, quae tamen considerationes per eundem Timocharidem patratae, si simul verae fuissent, deberent pariter vinci a meo computo aut pariter eundem exsuperare. Non igitur minor fides tribuenda est meis canonibus quam veterum inspectionibus et inventis. Quod hucusque volui praedictis declarasse exemplis.«*

secundo gradu Scorpii*. merito non possent supplere VI gradus et scrupula XX Scorpii, ubi Ptolomaeus ipsam invenit, et e converso idem numerus elevatus ex XXVI gradibus et XL scrupulis Aristae secundum Ptolomaeum usque ad gradum XXII et tertiam partem redire, ut par est, non potuit, sed residebat in XXII gradibus et scrupulis XXXII. Ita existimabat illic defecisse calculum, quanto hic abundasset, tamquam in observationibus haec incidisset diversitas, vel quasi ex Athenis in Thebas et a Thebis in Athenas eadem via non sit. Alioqui, si utrobique vel addidisset vel subduxisset numerum, ut paritas rationis postulabat, invenisset utrumque eodem modo se habere. Adde etiam, quod revera non erant inter Timocharem et Ptolomaeum anni CCCCXLIII, sed CCCCXXXII solum, ut a principio declaravi. Proinde breviori tempore minorem esse numerum oportet, ut non solum in scrupulis XIII, sed in trienti unius gradus ab observato stellarum motu dissidebit. Ita errorem hunc suum imposuit Timochari vix evadente Ptolomaeo. At dum existimat illorum annotationibus non fidendum, quid aliud restat, quam ut suis quoque observationibus minus credatur?

Et haec de in longitudinem motu octavae sphaerae**, e quibus etiam facile potest intelligi, quid de motu quoque declinationis existimandum sit. Involvit enim ipsum duabus, ut ait, trepidationibus instruendo secundam hanc supra primam. Sed dissipato ipso iam fundamento necesse est, ut superaedificata corruant infirmaque sint ac minus sibi invicem cohaerentia. Quid demum

* In derselben Weise, wie S. 175 angeführt ist, hat auch hier die Warschauer Ausgabe durch Schuld ihres Berliner Abschreibers einen ganz unverständlichen Text geliefert. Es fehlt dort nämlich hinter »*in secundo gradu*« das Wort »*Scorpii*«. In dem Berliner Manuskripte steht nämlich nur das Zeichen des Sternbildes (♏), welches der Abschreiber augenscheinlich nicht verstanden hat.

** Das Berliner Manuskript, und nach ihr die Warschauer Ausgabe, giebt den Anfang des letzten Alinea in unrichtiger Wortstellung: »*Et haec de motu octavae sphaerae in longitudinem*«. Erst durch Auffindung der Wiener Handschrift ist das Verständniss des Satzes klar geworden.

ipse de motu non errantium stellarum sphaerae sentiam? Quoniam alio loco destinata sunt, superfluum putavi et impertinens hic amplius immorari, cum satis sit, si modo desiderio tuo satisfecerim, ut meam, quod a me exigebas, de isto opusculo habeas sententiam. Valeat Venerabilitas tua faustissime.

Ex Varmia III Iunii 1524.

Nicolaus Copphernicus.*

Reverendo Domino Bernhardo Wapowski, Cantori et Canonico Ecclesiae Cracoviensis et S. R. Maiestatis Polonicae Secretario Domino et Fautori suo plurimum observando etc.

* Von den Handschriften hat jede eine andere Namens-Form bei der Unterschrift angewandt. Die Berliner schreibt »*Copernicus*«, die Wiener hat die Verstümmelung »*Copphornicus*«; die Strassburger Handschrift allein hatte den Namen in der richtigen Form, wie sie Coppernicus in jener Periode seines Lebens gebrauchte: »*Coppernicus*«.

F.

Nicolai Coppernici de hypothesibus motuum caelestium a se constitutis commentariolus.*

Multitudinem orbium caelestium maiores nostros eam maxime ob causam posuisse video, ut apparentem in sideribus motum

---

* Das werthvolle Schriftchen, welches auf den nachfolgenden Blättern abgedruckt ist, hat bereits im ersten Bande (Theil 1, S. 282 ff.) eingehende Besprechung gefunden. Einige kurze Vorbemerkungen dürften jedoch an dieser Stelle zu wiederholen sein.

Die Zeit der Abfassung des »Commentariolus« ist in den Anfang der dreissiger Jahre des 16. Jahrhunderts zu setzen; es kann aber nicht angegeben werden, auf wessen Veranlassung, bez. für wen Coppernicus denselben ursprünglich niedergeschrieben hat.

Bis zum Ende des 16. Jahrhunderts viel verbreitet, war die von Coppernicus selbst ausgegangene Veröffentlichung der Grundzüge seines heliocentrischen Systems den spätern Generationen ganz unbekannt geworden. Erst vor einem halben Decennium ward diese s. Z. eifrig begehrte Perle von M. Curtze in einem Manuskripte der K. K. Hofbibliothek zu Wien aufgefunden. Der glückliche Entdecker liess den Commentariolus im ersten Hefte der Mittheilungen des Coppernicus-Vereins S. 1—17 (Thorn 1878) abdrucken. Zwei Jahre darauf wurde eine zweite vollständigere Abschrift auf der Bibliothek der Sternwarte zu Stockholm durch Arvid Lindhagen entdeckt und in dem »*Biblatt till K. Svenska Vet. Akad. Handlingar*« im J. 1881 veröffentlicht.

Curtze hat hierauf die Texte beider Handschriften sorgfältig verglichen und die Abweichungen in dem 4. Hefte der »Mittheilungen des Coppernicus-

sub regularitate salvarent. Valde enim absurdum videbatur caeleste corpus in absolutissima rotunditate non semper aeque moveri. Fieri autem posse animadverterant, ut etiam compositione atque concursu motuum regularium diversimode ad aliquem situm moveri quippiam videretur.

Id quidem Calippus et Eudoxus per concentricos circulos deducere laborantes non potuerunt et his omnium in motu sidereo reddere rationem, non solum eorum, quae circa revolutiones siderum videntur, verum etiam, quod sidera modo scandere in sublime, modo descendere nobis videntur, quod concentricitas minime sustinet*. Itaque potior sententia visa est per eccentricos et epicyclos id agi, in qua demum maxima pars sapientium convenit.

Attamen quae a Ptolomaeo et plerisque aliis passim de his prodita fuerunt, quamquam ad numerum responderent, non parvam quoque videbantur habere dubitationem. Non enim sufficiebant, nisi etiam aequantes quosdam circulos imaginarentur, quibus apparebat neque in orbe suo deferente, neque in centro proprio aequali semper velocitate sidus moveri. Quapropter non satis absoluta videbatur huiusmodi speculatio, neque rationi satis concinna.

Vereins« (1882) zusammengestellt. Auf diesen kritischen Vorarbeiten beruht die auf den nachfolgenden Blättern abgedruckte Textes-Recension.

Die Formulirung der Ueberschrift des »Commentariolus«, wie sie die beiden bis jetzt bekannten Manuskripte zeigen, kann nicht von Coppernicus selbst herrühren. Derselbe würde seine Darstellung des Weltgebäudes keineswegs als eine blosse Hypothese bezeichnet haben. Vgl. Bd. I, Thl. 2, S. 288, 524 ff., 537 ff.

* Diese Stelle des Commentariolus, in welcher Coppernicus der Theorie der homocentrischen Sphären Erwähnung thut, wie sie von Eudoxus und Kalippus ausgebildet war, hat eine relative Bedeutung, insofern sie die Bekanntschaft des Coppernicus mit jener Theorie bekundet. In seinem Hauptwerke gedenkt Coppernicus ihrer nicht.

Die Stellen, in denen Kalippus, aber ohne Beziehung auf die homocentrische Sphären-Theorie, in dem Werke »de revolutionibus« erwähnt wird, sind Bd. I, 2. S. 289 angeführt. Der Name des Eudoxus kommt dort gar nicht vor.

Igitur cum haec animadvertissem ego, saepe cogitabam, si forte rationabilior modus circulorum inveniri possit, e quibus omnis apparens diversitas dependeret, omnibus in seipsis aequaliter motis, quemadmodum ratio absoluti motus poscit. Rem sane difficilem aggressus ac paene inexplicabilem obtulit se tandem, quomodo id paucioribus ac multo convenientioribus rebus, quam olim sit proditum, fieri possit, si nobis aliquae petitiones, quas axiomata vocant, concedantur, quae hoc ordine sequuntur.

Prima petitio.

Omnium orbium caelestium sive sphaerarum unum centrum non esse.

Secunda petitio.

Centrum terrae non esse centrum mundi, sed tantum gravitatis et orbis Lunaris.

Tertia petitio.

Omnes orbes ambire Solem, tanquam in medio omnium existentem, ideoque circa Solem esse centrum mundi.

Quarta petitio.

Minorem esse comparationem distantiarum Solis et terrae ad altitudinem firmamenti, quam semidimetientis terrae ad distantiam Solis, adeo ut sit ad summitatem firmamenti insensibilis.

Quinta petitio.

Quicquid ex motu apparet in firmamento, non esse ex parte ipsius, sed terrae. Terra igitur cum proximis elementis motu diurno tota convertitur in polis suis invariabilibus firmamento immobili permanente ac ultimo caelo.

Sexta petitio.

Quicquid nobis ex motibus circa Solem apparet, non esse occasione ipsius, sed telluris et nostri orbis, cum quo circa Solem volvimur ceu aliquo alio sidere, sicque terram pluribus motibus ferri.

Septima petitio.

Quod apparet in erraticis retrocessio ac progressus. non esse ex parte ipsarum sed telluris. Huius igitur solius motus tot apparentibus in caelo diversitatibus sufficit*.

His igitur sic praemissis conabor breviter ostendere, quam ordinate aequalitas motuum servari possit. Hic autem brevitatis causa mathematicas demonstrationes omittendas arbitratus sum maiori volumini destinatas. Quantitates tamen semidiametrorum orbium in circulorum ipsorum explanatione hic ponentur, e quibus mathematicae artis non ignarus facile percipiet, quam optime numeris et observationibus talis circulorum compositio conveniat.

Proinde ne quis temere mobilitatem telluris asseverasse cum Pythagoricis nos arbitretur, magnum quoque et hic argumentum accipiet in circulorum declaratione. Etenim quibus Physiologi sta-

---

* Die im Commentariolus als »*septem petitiones*« benannten Grund-Axiome des heliocentrischen Systems finden in dem ersten Buche des Hauptwerkes weitere Ausführung: die »*prima petitio*« im 4. Kapitel, die »*secunda*« und »*tertia petitio*« im 9. Kapitel.

Das 4. Axiom wird im 6. Kapitel näher ausgeführt. Dort fanden sich ursprünglich am Schlusse — wie bereits Bd. I, 2. S. 290 mitgetheilt ist — noch zwei Sätze im Original-Manuskripte, welche von den Herausgebern der editio princeps (und demzufolge auch in allen spätern Ausgaben) weggelassen und erst von der Thorner Säkular-Ausgabe wieder in den Text aufgenommen sind. Dieselben lauten (p. 19): *Quemadmodum ex adverso in minimis corpusculis ac insectilibus, quae atomi vocantur, cum sensibilia non sint, duplicata vel aliquotiens sumpta non statim componunt visibile corpus; at possunt adeo multiplicari, ut demum sufficiant in apparentem coalescere magnitudinem. Ita quoque de loco terrae, quamvis in centro mundi non fuerit, distantiam tamen ipsam incomparabilem adhuc esse praesertim ad non errantium stellarum sphaeram.*«

Die »*quinta petitio*« wird im 5. Kapitel des Werkes »*de revolutionibus*« ausgeführt, die »*sexta*« und »*septima petitio*« endlich in dem vorerwähnten 9. Kapitel: »*An terrae plures possint attribui motus et de centro mundi.*«

Bei der Uebersetzung der »*septem petitiones*« des Commentariolus, welche Bd. I, 2. S. 290. 291 gegeben ist, sind irrthümlich nur sechs aufgeführt. Das dort als »sechstes« bezeichnete Axiom enthält zugleich das siebente; es ist durch ein Versehen die Ueberschrift »Siebentes Axiom« vor dem letzten Alinea weggelassen.

bilitatem eius astruere potissime conantur, apparentiis plerumque innituntur; quae omnia hic in primis corruunt, cum etiam propter apparentiam versemus eandem.

De ordine orbium.

Orbes caelestes hoc ordine sese complectuntur. Summus est stellarum fixarum immobilis et omnia continens et locans; sub eo Saturnus, quem sequitur Iuppiter; hunc Martius; subest huic orbis, in quo nos circumferimur; deinde Venerius; ultimus Mercurialis. Orbis autem Lunae circa centrum terrae vertitur, et cum ea ceu epicyclus defertur. Eodem quoque ordine alius alium revolutionis velocitate superat; secundum quod maiora minorave circulorum spatia emetiuntur. Sic quidem Saturnus anno trigesimo, Iuppiter duodecimo, Mars tertio, tellus annua revolutione restituitur. Venus nono mense, Mercurius tertio revolutionem peragit*.

De motibus, qui circa Solem apparent.**

Terra triplici motu circumfertur, uno quidem in orbe magno, quo Solem ambiens secundum signorum successionem anno revol-

---

* Die Reihenfolge der Planeten ist in dem X. Kapitel des 1. Buches des Hauptwerkes auseinandergesetzt; es ist ihm auch dieselbe Ueberschrift gegeben: »*de ordine caelestium orbium*«.

In den weitern Ausführungen, welche das bez. Kapitel enthält, findet sich auch die schöne, oftmals herausgehobene Stelle: »*In medio vero omnium residet Sol. Quis enim in hoc pulcherrimo templo lampadem hanc in alio vel meliori loco poneret, quam unde totum simul possit illuminare? Siquidem non inepte quidam lucernam mundi, alii mentem, alii rectorem vocant. Trimegistus visibilem deum, Sophoclis Electra intuentem omnia. Ita profecto tanquam in solio regali Sol residens circumagentem gubernat astrorum familiam.*«

** Die drei Bewegungen, welche Coppernicus der Erde zuertheilt, finden sich im Hauptwerke im 11. Kapitel des ersten Buches dargelegt. Es ist dort auch dasselbe Beispiel, wie im Commentariolus, wiederholt, von der scheinbaren Bewegung der Sonne durch das Sternbild des Krebses, wenn die Erde den Steinbock passirt. — Dass die tägliche Rotation der Erde um ihre Axe im Hauptwerke an erster Stelle genannt wird, während im Commentariolus

vitur, temporibus aequalibus semper aequales arcus describens, cuius quidem centrum a centro Solis 25ª parte semidiametri sui distat. Cum igitur supponatur semidiametrum huius orbis ad altitudinem firmamenti imperceptibilem habere quantitatem, consequens est, ut hoc motu Sol circumferri videatur, perinde ac si terra in centro mundi subiaceat, cum tamen id non Solis sed terrae potius motione contingit, ut exempli causa, dum haec sit sub Capricorno, Sol e directo per diametrum in Cancro cernatur, et sic deinceps. Videbitur etiam Sol eo motu inaequaliter moveri secundum distantiam eius a centro orbis, ut iam dictum est. Ex quo maxima diversitas duobus gradibus et sextante unius contingit. Declinat autem ab ipso centro Sol ad punctum firma-

---

die Bewegung der Erde um die Sonne vorangestellt wird, ist natürlich gleichgültig.

Die Rotation und die Bewegung der Erde um die Sonne wird in dem 11. Kapitel des ersten Buches von Coppernicus nur flüchtig berührt; das ganze zweite und dritte Buch der »Revolutiones« beschäftigt sich ja mit diesen beiden Bewegungen.

Die dritte Bewegung, — die der Deklination — welche Coppernicus geglaubt hat der Erde beilegen zu müssen, bildet den Haupt-Inhalt des erwähnten 11. Kapitels des ersten Buches. Es findet sich jedoch dort nicht die im vorletzten Satze dieses Abschnittes des Commentariolus berührte Hinweisung auf die Kräfte des Magneten. »*Video equidem in vilioribus rebus, quod virgula terrea magnete attrita in unum semper mundi situm nitatur.*« — Neben dieser einfach klaren Darlegung der Kraft der Magnet-Nadel erscheint wunderlich eine Auseinandersetzung, wie sie noch Rheticus, der Schüler von Coppernicus, in der zu Frauenburg abgefassten »Chorographia« niedergelegt hat: »Was weiter die krafft vnd tugenden des Magneten betrifft, ist wunder, das man zw unsern zeitten nicht weitter sucht, dieweil man doch sieht, dass alwegen Gott der Herrn ainem Ding mehr alss nur ain tugend vnd aigenschafft mittailet. Ainer mit namen Petrus Perigrinus de Marecurt, nicht lengst vor unsren Zeitten . . . . . nebend andren trefflichen vnd hohen tugenden deß Magneten vermeldet, wie der stain die eigenschafft des Himels habe, alßo wan er in die rechte runde gebracht wurt, vnd zwischen seinen polis, das sind nord vnd swd komt, wie sich es erfordert, nach dem das land hoch ligt, recht auffgehenkt wurt, so solle er sich von wegen der aigenschafft, so im Gott gegeben hatt, selber teglich in XXIIII stunden herumher gehen, wie die Sonn in tag vnd nacht ainmal das erdricht vmblofft!«

menti, quod distat a stella lucida, quae est in capite Gemelli splendidior, gradibus fere X versus occidentem, invariabiliter. Tunc igitur Sol in summa eius altitudine cernitur, quando terra in loco huic opposito versatur, centro orbis inter eos mediante, et per hunc quidem orbem non terra solum, sed quicquid simul cum orbe lunari comprehensum est, circumducitur.

Alius telluris motus est quotidianae revolutionis et hic sibi maxime proprius in polis suis secundum ordinem signorum hoc est ad orientem labilis, per quem totus mundus praecipiti voragine circumagi videtur. Sic quidem terra cum circumfluis aqua et vicino aëre volvitur.

Tertius est motus declinationis. Axis enim quotidianae revolutionis non aequidistat axi magni orbis, sed obliquatur secundum circumferentiae partem, nostro quidem saeculo XXIII gradibus et medio fere. Igitur centro terrae in superficie ecclipticae semper manente, hoc est in circumferentia circuli magni orbis, poli eius circumaguntur, circulos utrobique parvos describentes in centris ab axe orbis magni aequidistantibus. Et hic quoque motus annuas fere complet revolutiones et cum orbe magno pene compares. At vero axis magni orbis ad firmamentum immutabilem servat compositionem ad eos, quos vocant ecclipticae polos. Motus item declinationis cum motu orbis complexus polos quotidianae revolutionis ad eadem caeli momenta semper retineret, si paribus omnino revolutionibus cum illo constaret. Nunc longo temporis tractu deprehensum est talem telluris positionem ad faciem firmamenti mutari, propter quod ipsum firmamentum aliquibus motibus ferri plerisque visum est, lege nondum satis deprehensa. Posse autem haec omnia fieri mutabilitate telluris minus mirum est. Quibus autem poli inhaereant, ad me non attinet dicere. Video equidem in vilioribus rebus, quod virgula ferrea magnete attrita in unum semper mundi situm nitatur. Potior tamen sententia visa est, secundum orbem aliquem fieri, ad cuius motum ipsi poli moveantur, quem procul dubio sub Luna esse oportebit.

Quod aequalitas motuum non ad aequinoctia, sed stellas fixas referatur.*

Cum igitur aequinoctialia puncta ceterique mundi cardines plurimum commutentur, falli eum necesse est, quicunque ab his aequalitatem annuae revolutionis deducere conatur, quae etiam sub diversis aetatibus multis experimentis observationum diversa reperta est. Hanc Hipparchus 365 diebus cum quadrante unius diei, Albategni vero Chaldaeus reperit talem annum ex 365 diebus, 5 horis, 46 minutis, hoc est 13 minutis et 3 quintis sive triente unius minuti Ptolomaico breviorem. Rursus autem Hispalensis huic longiorem vigesima parte unius horae, siquidem ex 365 diebus, 5 horis et 49 minutis annum vertentem constituit.

Ne autem diversitatem ex observationum errore processisse videatur, si quis singula accuratius animadvertet, inveniet eam cum mutabilitate aequinoctialium punctorum semper correspondisse. Dum enim ipsi mundi cardines in centenis annis uno gradu

---

* Die im nachfolgenden Abschnitte des Commentariolus berührten Auseinandersetzungen finden sich im 3. Buche des Werkes »de revolutionibus«.

Die im ersten Alinea angegebenen Bestimmungen der Jahreslänge enthält in genauerer Berechnung das 13. Kapitel. Die Angabe des Commentariolus, dass Hipparch das Jahr zu 365 und einem Viertel-Tage angenommen habe, ist im Hauptwerke geändert. Coppernicus hebt dort ausdrücklich hervor, es habe Hipparch bereits bemerkt, dass an dem Viertel-Tage, welchen Kalippus, Aristarch von Samos und Archimedes den 365 Tagen der älteren Astronomie hinzugefügt hätten, etwas fehle: »*Verum C. Ptolemaeus animadvertens difficilem esse et scrupulosam solstitiorum apprehensionem haud satis confisus est illorum observationibus contulitque se potius ad Hipparchum, qui non tam solares conversiones quam etiam aequinoctia in Rhodo notata post se reliquit et prodidit aliquantulum deesse quartae diei, quod postea Ptolemaeus decrevit esse trecentesimam partem diei.*« (de revol. III, 14.)

Die Bestimmung der Jahreslänge durch Albategnius hat Coppernicus in dem Werke »de revolutionibus« durch Hinzufügung der Sekunden-Zahl vervollständigt. Die Angabe des Isidorus Hispalensis ist dagegen ganz weggelassen; letzterer wird überhaupt dort nirgend erwähnt. —

Die eigene Berechnung der Länge des siderischen Jahres, welche im Commentariolus zu 365 Tagen 6 Stunden 10 Minuten angegeben wird, hat Coppernicus in den »Revolutiones« umgeändert in 365 Tage, 6 Stunden, 8 Minuten, 40 Sekunden.

mutabantur, quemadmodum Ptolomaei aevo repertum est, erat tunc anni quantitas, quae ab ipso Ptolomaeo tradita est. Quando autem subsequentibus saeculis potiori mutabilitate moverentur motibus inferioribus obviantes, tanto brevior annus factus est, quanto translatio cardinum esset maior. Nam occursu velociori breviori tempore annuum excipiebant motum. Rectius igitur agit, quicumque annuam aequalitatem ad stellas fixas referet. Quemadmodum circa Virginis Spicam fecimus invenimusque annum 365 dierum et sex horarum et sextantis fere unius horae semper fuisse, qualis etiam in Aegyptiaca antiquitate reperitur. Eadem ratio in aliis etiam motibus siderum habenda est, quod absides eorum et statae sub firmamento motuum leges docent, ac caelum ipsum veraci testimonio.

De Luna.*

Luna vero praeter annalem, ut dictum est, circuitum quatuor motibus videtur nobis pervagari. Nam in orbe suo deferente circa telluris centrum secundum ordinem signorum menstruas complet revolutiones. Is vero defert, quem vocant epicyclum primae diversitatis sive argumenti, nos vero primum sive maiorem, et anni epicyclum alterum sibi inhaerentem in superiore quidem portione contra motum orbis reflexus paulo tardiore quam menstruo tempore deducit. In hoc demum Luna pendens binas in mense revolutiones contra motum illius perficit, ut, quandocumque centrum epicycli maioris contingit lineam a centro orbis magni transeuntem per centrum terrae, quam diametrum magni orbis vocamus, tunc Luna sit ad centrum maioris epicycli proxima, quod quidem circa novam

---

* Dass der Abschnitt des Commentariolus »*de luna*« in dem 4. Buche der »Revolutiones« seine weitere Ausführung findet, bedarf kaum der Erwähnung.

In dem ersten Abdrucke des Commentariolus, welchen Curtze 1878 veröffentlichte, fand sich in dem Abschnitte »de luna« eine grosse Lücke, weil in dem Wiener Manuskripte ein ganzes Blatt fehlte. In erfreulicher Weise ist die Lücke durch die Stockholmer Handschrift ergänzt worden.

et plenam Lunam accidit; at e contra in quadraturis mediantibus iisdem remotissima. Quantitas autem diametri epicycli maioris continet $10^{m}_{\cdot}$ partem de semiametro orbis sui deferentis cum $18^{a}_{\cdot}$ unius particulae, minoris vero epicycli semidiametrum quinquies dempta una quarta ipsius*. Per haec igitur Luna modo concita modo tarda descendens quoque et ascendens videtur, et prima quidem diversitate dupliciter variationum motus epicycli minoris ingerit. Lunam enim in circumferentia maioris ab aequalitate distrahit, cuius quidem in hoc maxima diversitas 17 gradus et quadrantem colligit de circumferentia ipsa; quantitatis seu diametri respondentis eum quoque centrum maioris modo distrahit modo appellit secundum semidiametri magnitudinem. Cum igitur propter hoc circa centrum maioris epicycli inaequales circulorum ambitus Luna describat, contingit primam diversitatem multipliciter variari. Hinc est, quod circa coniunctiones et obiectiones ad Solem maxima huiusmodi diversitas 4 gradus et 56 minuta non excedat, in quadraturis autem ad 6 gradus et 36 minuta extenditur. Qui vero per eccentricum circulum fieri hoc arbitrantur, praeter ineptam in ipso circulo motus inaequalitatem in duos inciderunt manifestos errores. Consequens est enim mathematica ratione, quod Luna in quadraturis, dum infima parte epicycli dependet, quadruplo fere maior appareat (si modo tota luceret), quam nova et plena, nisi

* Die Stockholmer Handschrift lässt den im Texte aufgeführten Satz mit den Worten »*una parte ipsius*« schliessen. Curtze hat dies verändert in »*una quarta ipsius*«. Die Verbesserung ist auf Grund einer Einzeichnung von Coppernicus gewonnen, die derselbe, neben andern astronomischen Bemerkungen, auf eins der Blätter niedergeschrieben hatte, welche von ihm in ein vielgebrauchtes Buch, die Tafeln des Königs Alfons und Regiomontanus, eingeheftet waren. Die von Curtze zuerst in den »Reliquiae Copernicanae« p. 30 veröffentlichte Notiz findet sich dort am Ende eines Abschnittes, welcher die Ueberschrift trägt: »Proportio orbium caelestium ad eccentrotem 25 partium«; Coppernicus giebt dort die von ihm errechneten Werthe für den Semidiameter der Epicykel der Planeten. Die auf den Mond bezüglichen Angaben lauten: »*Semidiametrus orbis Lunae ad epicyclium . a . $11\frac{10}{18}$, epicylus a . ad b . $\frac{1}{4}$.*« ($5-\frac{1}{4}$ ist ja $= \frac{19}{4}$).

augmentum et diminutionem magnitudinis sui corporis et temerarie asserit. Sic quoque diversitatem aspectus facit propter notabilem terrae magnitudinem ad distantiam eius circa quadraturas plurimum augeri. Si quis autem diligentius perscrutetur, parum valde utrumque distare comperiet in quadraturis ab his, quae interlunio plenaque Luna contingunt, et proinde veriorem hanc speculationem nostram haud facile dubitabit. His vero tribus motibus in longitudinem Luna circumit puncta latitudinis motus. Axes quidem epicyclorum aequidistant axi orbis, propter quod nullam ab eo egressionem facit.

Sed hic orbis axem suum declinem habet axi magni orbis sive ecclipticae, quapropter Lunam a superficie ecclipticae digredi facit. Declinat igitur secundum quantitatem anguli, cui de circumferentia circuli quinque gradus supratenduntur, cuius poli circumferuntur in aequidistantia axis ecclipticae, propemodum sicut in declinatione dictum est. Sed hic contra signorum ordinem et longe tardiori motu, ut ad unam revolutionem decimum nonum annum expectet, et hoc in orbe quidem eminentiori fieri plerisque videtur, cui poli inhaerentes ad hunc modum ferantur. Talem igitur videtur habere Luna motuum fabricam *.

De tribus superioribus, Saturno, Iove et Marte.

Saturnus, Iuppiter et Mars similem habent motuum rationem, siquidem orbes eorum annalem illum magnum penitus includentes in centro communi ipsius magni orbis ad ordinem signorum volvuntur. Sed orbis quidem Saturnius trigesimo anno reducitur,

* Die Wiener Handschrift bietet bei dem Abschnitte »de luna« einen ganz unverständlichen Schlusssatz: »*Tandem igitur videtur haberi Lunae motuum fabrica.*« Curtze hatte bei dem ersten Abdrucke (Mitth. des Copp.-Vereins I, S. 11 richtig vermuthet, dass dafür gesetzt werden müsse: »*Talem igitur videtur habere Luna motuum fabricam*«; wegen der vielen Abänderungen wagte er jedoch nicht, seine Konjektur in den Text aufzunehmen. Die Richtigkeit derselben ist dann später durch die Stockholmer Handschrift bestätigt.

Iovianus duodecimo, Martius autem vigesimo nono mense, perinde ac si tales revolutiones magnitudo orbium remoretur. Nam semidiametro magni orbis ex 25 partibus constituto, semidiameter orbis Martii 30 partes obtinebit, Iovis 130 et unius particulae quincuncem, Saturni 236 et sextantem unius. Dico autem semidiametrum a centro orbis ad centrum primi epicycli distantiam. Habet enim quisque duos epicyclos, quorum alter alterum defert, propemodum sicut in Luna dictum est, sed lege diversa. Primus enim epicyclus contra motum orbis reflexus pares facit cum eo revolutiones, alter vero obvians primi motum revolutionibus duplicatis circumagit sidus, adeo ut, quandocunque sit in summa a centro orbis distantia vel rursus in maxima vicinitate, tunc sidus sit centro epicycli quam proximum, in quadrantibus autem mediantibus remotissimum. Igitur ex talium motuum compositione orbis et epicyclorum et revolutionum paritate contingit, ut huiusmodi elongationes et accessiones maxime statas sibi sub firmamento sedes obtineant. Ac deinceps certas ubique observant motuum conditiones, itaque absides suas invariabiles [habent], Saturnus quidem circa stellam, quae super cubitum esse dicitur Sagittatoris, Iuppiter gradibus VIII post stellam, quae extremitas caudae Leonis appellatur, Mars vero gradibus VI et medio ante cor Leonis.

Magnitudines autem epicyclorum hae sunt*. In Saturno

---

* Die nachfolgend im Commentariolus aufgeführten Werthe, welche Copernicus für die Halbmesser der Epicykeln der Planeten errechnet hat, stimmen vollständig mit denen überein, welche er auf dem unten S. 210 bezeichneten Blatte seinem Exemplare der Alphonsinischen Tafeln beigefügt hatte. Die dortigen Notizen lauten:

»*Proportio orbium caelestium ad eccentrotetem 25 partium.*«

»*Martis semidiametrus orbis 38 fere, epicyclus a. 5. M. epicyclus b. M. 51.*«

»*Iovis semidiametrus 30. M. 25, epicyclus a.* $10\frac{1}{10}$, *b.* $3\frac{11}{30}$.«

»*Saturni diametrus* $230\frac{5}{8}$, *epicyclus a.* $19\frac{11}{60}$, *b.* $6\frac{17}{30}$.«

Diese vorstehend abgedruckten Werth-Bestimmungen sind vielleicht speziell für den Commentariolus berechnet. Jedenfalls stimmen sie mit den Angaben des letzteren so genau überein, dass selbst der Rechenfehler beim zweiten Epicyklus des Mars — wie Curtze a. a. O. bereits hervorgehoben hat — einfach übernommen ist. Es soll der zweite Epicyklus nämlich, wie

quidem primi semidiameter constat ex partibus 19 et 41 minutis, qualium semidiameter orbis magni ex 25 supponebatur; secundus autem epicyclus partium 6 et minutorum 34 semidiametrum habet. Sic quoque in Iove primus partium 10 et minutorum 6, secundus partium 3, minutorum 22 semidiametros continent. In Marte autem primus partium 5, minutorum 34, secundus [partis 1,] minutorum 51. Sic igitur ad primum ubique semidiameter triplo maior est secundo. Hanc autem diversitatem, quam epicyclorum motus inducit super motum orbis, primam appellare placuit, quae ubique sub firmamento certos, ut dictum est, observant limites. Alia siquidem est diversitas, secundum quam sidus interdum regredi, saepe etiam subsistere cernitur, quae non ex motu sideris contingit, sed telluris in orbe magno aspectum variantis. Haec enim motum sideris velocitate superans radio visuali ad firmamenti aspectum obviante motum sideris vincit. Quod tunc maxime fit, quando proxima fuerit sideri terra, dum videlicet inter Solem et sidus mediat vespertini sideris ortu. E contrario autem circa vespertinum occasum ortumve matutinum praeventione antefert visum. Vbi vero visus contra motum aequali cursu obviat, stare videntur adversis motibus invicem sic se perimentibus, quod plerumque circa triquetrum Solis radium contingit. In his autem omnibus tanto maior contingit talis diversitas, quanto inferiori orbe sidus movetur, unde minor in Saturno quam Iove, et rursus in Marte maxima, secundum proportionem semidiametri magni orbis

---

Coppernicus gleich darauf selbst angiebt, jedesmal den dritten Theil des ersten betragen. Demnach muss bei der Werth-Angabe des zweiten Epicyklus des Mars zwischen den Worten »secundus« und »minutorum« eingeschoben werden »partis 1.« Dies geht auch aus einer Einzeichnung hervor, in welcher auf demselben Blatte in den Alphonsinischen Tafeln (unmittelbar vor den aufgeführten Werth-Angaben) dasselbe Verhältniss der Epicykeln angegeben wird:

»Eccentrotes Martis 6583
Epicyclus primus 1492
Epicyclus secundus 494.«

ad illorum semidiametros. Fit autem tunc uniuscuiusque maxima, quando sidus per radium aspicitur circumferentiam magni orbis contingentem. Equidem tria haec sidera nobis pererrant. In latitudine vero duplicem digressionem faciunt: circumferentiis quidem epicyclorum in una superficie permanentibus cum orbe suo ab ecliptica declinant secundum axium deflexiones, non sicut in Luna circumducibiles, sed in eundem caeli tractum semper vergentes. Igitur et sectiones circulorum orbis et eclipticae, quas nodos vocant, aeternas in firmamento sedes occupant. Sic quidem Saturnus nodum suum habet, unde ad septentriones scandere incipit, partibus ♑ et media post stellam, quae in capite Geminorum orientalis dicitur; Iuppiter ante eam ipsam stellam partibus quatuor: Mars autem Vergilias antecedentem partibus 6 et medio. In his igitur ac e diametro positis sidus existens nullam habet latitudinem. Maximam vero, quae in his in quadraturis contingit, valde diversam. Nam axium circulorumque inclinatio, tamquam nodis illis pensilis, instare videtur, tunc equidem maxima fit, quando tellus sideri proxima est, hoc est in ortu sideris vespertino. Tunc enim in Saturno partibus duabus et besse axis inclinatur; in Iove partibus duabus dempto triente; in Marte vero parte una et sextante. E contrario autem circa vespertinum occasum ortumque matutinum, plurimum tunc absistente terra Saturno quidem et Iovi quincunce unius partis minor est huiusmodi inclinatio; Marti vero parte una et besse. Sic quidem diversitas haec in maximis latitudinibus apprime percipitur, ac alicui tanto minor, quanto minus a nodo sidus distat pariter cum latitudine crescens et decrescens. Accidit etiam motu telluris in orbe magno latitudines visibus nostris variari, ita sane propinquitate vel distantia visibilis latitudinis angulos augente vel minuente, sicut mathematica ratio exposcit, siquidem hic motus librationis secundum lineam rectam contingit. Fieri autem potest, ut ex duobus orbibus huiusmodi motus componatur, qui cum sint concentrici, alter alterius deflexos circumducit polos et inferior contra superiorem duplici

velocitate polos orbis epicyclos deferentis revolvat, et hi quoque poli tantam habeant deflexionem a polis orbis immediate superioris, quantum huius a polis supremi orbis. Et haec de Saturno, Iove et Marte ac orbibus terram ambientibus.

De Venere.

Reliquum est eorum speculationem aperire, quae magni orbis ambitu includuntur, hoc est de motibus Veneris et Mercurii. Venus quidem persimilem habet circulorum compaginem quales illi superiores, sed alia motuum observantia. Orbis quidem cum epicyclo suo maiori pares facit revolutiones nono mense, ut praedictum est, eoque motu composito minorem epicyclum certa ubique habitudine firmamento restituit summam eius absidem ad punctum, quo Solem vergere diximus, constituens. Minor autem epicyclus impares cum illis revolutiones habens, motui orbis magni imparitatem reservavit. Ad huius quidem revolutionem duos omnino circuitus perficit, ut, quandocunque tellus in linea ad absidem diametro porrecta fuerit, sidus tunc centro maioris epicycli proximum sit, et in transverso quadrantum remotissimum simili fere modo, quemadmodum in Luna minor epicyclus Solem respicit observans. Est autem proportio semidiametrorum orbis magni et Veneris sicut 25 ad 18, et maior epicyclus dodrantem suscipit unius particulae, minor vero quadrantem *. Retrocedere quando-

* Auch die Werth-Bestimmungen des Halbmessers der beiden Epicykeln der Venus, wie sie in den Commentariolus aufgenommen sind, stimmen genau mit den Angaben, wie sie Coppernicus in die Alphonsinischen Tafeln eingezeichnet hat. Er sagt dort:

»*Veneris semidiametrus 18. epicyclus a.* $^2/_3$ *b.* $^1/_4$.

Die Rand-Bemerkung des Wiener Manuskripts: »*Maior epicyclus 1. 48, minor 0. 36, qualium semidiametrus 1. 60*« ist in Bezug auf die letzte Angabe falsch. Es muss vielmehr heissen »*qualium semidiametrus 60*«, indem zu »*semidiametrus*« zu ergänzen ist »*magni orbis*«; denn wir haben die richtigen Proportionen: $60 . 25 = 14\,_5 : {}^3/_4 = {}^3\,_5 : {}^1\,_4$. (Curtze, Mitth. d. Copp.-V. I. S. 15.)

que et haec cernitur, tunc maxime, quando sidus terrae proximum est, simili quodammodo ratione ut in superioribus, sed conversa. In illis enim accidit motu terrae superante, hic autem superato, ac illic orbe telluris contento, hic vero continente. Quapropter nec unquam Soli opponitur, cum tellus intermediari non possit, sed ex certis ab Sole distantiis, quae fiunt in contactibus circumferentiae lineis a centro telluris prodeuntibus, utrobique revertitur 48 gradus numquam excedens ad nostrum adspectum. Et haec est Venerei motus summa, qua in longitudinem circumducitur. Latitudinem quoque duplici causa scandit. Habet enim et haec axem orbis inclinatum quantitate anguli graduum duorum s., et nodum suum, unde septentriones petit, in abside sua habet*. Digressio autem, quae ex tali inclinatione procedit, quamquam eadem in se ipsa sit, duplex non ostenditur. Nam in alterutro nodorum Veneris incidente terra transversis sursum et deorsum aspiciuntur, has reflexiones vocant; naturales apparent orbis obliquitates, et has vocant declinationes, eaedem vero in quadrantibus. Ceteris autem locis ambae latitudines permixtae confunduntur, ac alia aliam superans vincit ac similitudine et dissimilitudine mutuo se augent et perimunt. Haec vero axis inclinatio est; habet librationem mobilem, non autem sicut in superioribus illis ad nodos pendentem, sed in aliis quibusdam volubilibus punctis, quae revolutiones suas ad sidus annuas faciunt, unde, quandocumque tellus contra absidem Veneris steterit, maxima tunc fit librationis inflexio et haec in ipso sidere, in quacumque tunc parte sui orbis fuerit. Quapropter, si tunc sidus in abside sit vel ei e diametro opposito latitudine non penitus carebit, tametsi in nodis tunc versetur. Hinc vero decrescente hac inflexione quoadusque tellus per quadrantem circuli dicto loco amoveatur et similitudine mo-

* Ueber die Breiten-Bewegungen der Venus und die dabei zusammenwirkenden Ablenkungen handelt eingehender das 5. und 6. Kapitel des VI. Buches des Werkes »de Revolutionibus orbium caelestium«.

tuum maxime illius deviationis punctus a sidere tantundem destiterit, nullum prorsus huiusce deviationis vestigium usque reperitur. Et deinceps deviationum libramento continuatio, et illo principio a septentrionibus ad austrum declinante ac identidem a sidere sese elongante secundum telluris ab abside remotionem sidus ad eam perducitur partem, quae prius australis fuerat. Nunc autem oppositionis lege septentrionalis facta, donec iterum ad summam perveniat librationis circulo peracto, ubi rursum maxima fit deviatio et primae simul et aequalis. Sic demum pari modo per reliquum semicirculum pergit. Quapropter nunquam fit meridiana haec latitudo, quam plerumque deviationem vocant. et haec duobus orbibus fieri concentricis et axibus obliquis, sicut in superioribus dicebamus, hic quoque consentaneum esse videtur.

De Mercurio.

Sed omnium in caelo mirabilissimus est Mercurii cursus, qui paene investigabiles permeat vias, uti perscrutari non facile queat. Addit praeterea difficultatem quod sub radiis solis invisibiles plerumque meatus occupat et paucis admodum diebus visibilem se exhibet, attamen comprehendetur et ipse, modo altiori ingenio quispiam incumbat. Convenient et huic epicycli duo, ut in Venere, in orbe suo revolubiles. Nam maior epicyclus pariter cum orbe suo facit revolutiones, ut illic, absidis eius sedem gradibus 14 et medio post Virginis Spicam constituens. Minor autem epicyclus contraria illius lege duplici vero revolutione reflectitur, ut in omni situ telluris, quo absidem huius supervenit vel ex adverso respicit, sidus a centro maioris epicycli remotissimum sit atque in quadrantibus proximum. Et huius quidem orbem tertio mense diximus reverti, hoc est 88 diebus, cuius semidimetiens partes capit 9 et duas quintas unius partis, quarum semidiametrum magni orbis 25 posuimus. Ex his autem primus epicyclus accipit unam et 11 minuta; secundus autem tertiam eius partem, hoc est minutias 34

fere*. Sed is quidem circulorum concursus hic non sufficit ut in ceteris. Terra siquidem in supradictis absidis respectibus permeante longe minori apparet ambitu sidus moveri, quam ratio circulorum iam dicta sustinet; ac rursus in quadraturis longe etiam maiore. Cum vero nullam aliam in longitudine diversitatem ex hoc fieri percipiatur, consentaneum est per accessum quendam et recessum centri orbis secundum lineam rectam contingere, quod quidem fieri oportet duobus orbiculis circumdatis habentibus axes aequidistantes axi orbis, dum centrum epicycli maioris sive totius illius axe tantum distat a centro orbiculi immediate continentis, quantum centrum huius a centro extremi. Id quidem repertum est minutibus 24 et medio unius partis de 25, quibus omnium contextum mensi sumus, quodque motus extremi orbiculi binas in anno vertente revolutiones faciat, interior autem motu reflexo duplo recursu quater interim revertatur. Praeferuntur enim hoc motu composito centra maioris epicycli secundum lineam rectam, quemadmodum circa latitudines libratas diximus. Sic igitur in memoratis ad absidem telluris sitibus centrum epicycli maioris centro orbis proximum est, in quadraturis autem remotissimus. In locis autem mediantibus, id est 45 gradus ab his, centrum maioris epicycli centro exterioris orbiculi applicat amboque in unum concurrunt. Quantitas autem huiusce recessus et accessus constat minutis 29 unius praedictarum partium, et hactenus motus Mercurii longitudinalis sic se habet**. Latitudinem vero haud secus facit quam Venus, sed tractu semper contrario. Ubi enim illa septemtrionalis fit, hic austros petit. Declinat autem orbis eius ab ecliptica quantitate anguli partium septem. Deviatio

---

* Die für die Epicykeln des Merkur im Commentariolus angeführten Werthe stimmen gleichfalls mit den handschriftlichen Angaben in den Alphonsinischen Tafeln überein: »*Mercurii orbis 9. 24, Epicyclus a. 1. 41¼, b. 0,33¾; colligunt 1. 7½ (diversitas diametri 0. 29.)*«

** Ueber die verschiedenen Ableitungs-Methoden der Bewegung des Merkur handelt das 28. und 32. Kapitel des VI. Buches der »Revolutiones«.

autem hic quoque semper australis dodrantem unius gradus nunquam excedit. Ceterum quae circa latitudines Veneris dicta sunt, hic quoque commemorasse conveniet, ne eadem saepe repetantur*.

Sicque septem omnino circulis Mercurius currit, Venus quinque, tellus tribus et circa eam Luna quatuor, Mars demum, Iuppiter et Saturnus singuli quinque. Sic igitur in universum 34 circuli sufficiunt, quibus tota mundi fabrica totaque siderum chorea explicata sit.

---

* Gleichwie Coppernicus im Commentariolus bei Erklärung der Breiten-Abweichungen des Merkur auf den früheren Abschnitt über die Venus verweist, hat er auch in dem Werke »de revolutionibus« die erklärenden Ausführungen in Betreff der Breite beider Planeten zusammengefasst in den Kapiteln 5 ff. des VI. Buches.

G.

Kleinere handschriftliche Reliquien.

I. Die Einschaltungen und Nachträge aus dem Manuskripte des Werkes »de revolutionibus«.

Die weitaus bedeutsamste Reliquie, welche wir von Coppernicus' Hand besitzen, ist das vor einigen Decennien wieder aufgefundene Original-Manuskript des Werkes »*de revolutionibus orbium caelestium*«. (Vgl. Band I, Thl. 2, S. 503 ff.) Wichtig für die kritische Feststellung des Textes, zeigt das Manuskript uns zugleich die Arbeits-Mühe und die Arbeits-Freudigkeit des Verfassers, welcher unermüdlich bis in seine spätesten Lebensjahre an seinem Werke gefeilt und nachgetragen hat*. Allein

* Neben den kleineren Textes-Umgestaltungen hat Coppernicus auch die Haupttheilung seines Werkes mehrfach geändert. Die erste Redaktion zerlegte dasselbe nicht in sechs, sondern in acht Bücher; es zerfiel nämlich jedes der beiden ersten Bücher in zwei Theile. Nur die Eintheilung der vier letzten Bücher ist in sämmtlichen Redaktionen (es sind deren drei erkennbar) dieselbe geblieben. Näheres Band I, Thl. 2, S. 478. 479 und 506. 507; ausserdem vgl. Curtze's Prolegomena zur ed. saecul. p. XVII sqq.

Bei der Verwerthung seiner astronomischen Beobachtungen hat Coppernicus vielfache Korrekturen vorgenommen. Die Zahlen sind oft zwei bis

die meisten kleineren Abänderungen der ursprünglichen Niederschrift sind sprachwissenschaftlicher Natur oder rein redaktionelle Verbesserungen*. Sie sind an dieser Stelle um so weniger mitzutheilen, als sie bereits für die Säkular-Ausgabe von Curtze verwerthet und in den begleitenden Anmerkungen vollständig mitgetheilt sind.

Neben diesen unwesentlicheren Textes-Umgestaltungen, bez. Verbesserungen einzelner Zahlen zeigt das Original-Manuskript der »Revolutiones« freilich noch einige wichtigere Einschaltungen, welche Coppernicus ursprünglich für die Oeffentlichkeit bestimmt, später aber bei dem Drucke seines Werkes weggelassen hatte. Bis zur Wiederauffindung des Original-Manuskripts gänzlich unbekannt geblieben, haben einige von ihnen erhebliche Wichtigkeit. Sie sind jedoch bereits in frühern Abschnitten des vorliegenden Buches mitgetheilt worden; demnach ist hier nur auf jenen Abdruck zu verweisen. Es gehören dazu vornämlich die schöne Vorrede zum 1. Buche, die Uebersetzung des s. g. Lysis-Briefes und die kleine, aber hochbedeutsame Stelle, in welcher Coppernicus die Möglichkeit einer elliptischen Bahn für die Bewegungen am Himmel vorahnend ausgesprochen hat**.

dreimal geändert, mitunter auch die zuerst errechneten Werthe wieder eingesetzt. Ebenso hat Coppernicus von den Zusatz-Bemerkungen, welche er am Rande des Manuskriptes nachgetragen hatte, einige später wieder weggelassen. (Eine dieser weggestrichenen Stellen lib. III, cap. 15 [ed. saec. p. 204] ist von den Herausgebern der editio princeps wieder aufgenommen worden. Vgl. Bd. 1, Thl. 2, S. 509.)

* Die meisten Textes-Umgestaltungen finden sich am Ende des ersten Buches in dem Abrisse der sphärischen Trigonometrie und in den beiden letzten Büchern. (Vgl. edit. saecul. p. 67, 369 sqq., 375, 409, 410, 420.)

** In dem Original-Manuskripte findet sich nicht die Widmungs-Vorrede an Papst Paul III, wie bereits Band I, Thl. 2, S. 494 hervorgehoben ist. Die Aufnahme dieses Schriftstücks hat es vielleicht verschuldet, dass die Herausgeber der editio princeps dafür die Einleitung zum ersten Buche weggelassen haben; dieselbe ist erst nach der Wiederauffindung des Original-Manuskripts bekannt geworden. Das schöne Schriftstück ist oben

S. 9—12 abgedruckt, eine deutsche Uebersetzung Band I, Thl. 2, S. 510—513 gegeben. —

Die von Coppernicus gefertigte lateinische Uebersetzung des s. g. Lysis-Briefes ist oben S. 132—137 abgedruckt. (Vgl. auch Band I, Thl. 1, S. 408 ff.)

Die denkwürdige Stelle, in welcher Coppernicus, während er sonst mit den alten Astronomen an den Kreis-Bahnen der Himmelskörper streng festhielt, die Annahme einer elliptischen Bahn aufstellt, findet sich gegen Ende des 4. Kapitels des dritten Buches. Sie ist nach dem Abdrucke in der Säkular-Ausgabe (p. 166) bereits im 2. Theile des ersten Bandes S. 508 Anm. mitgetheilt worden. Allein bei der relativen Bedeutung des in dem kurzen Satze ausgesprochenen, seinem Zeitalter weit vorauseilenden Gedankens dürfte es wohl angezeigt sein, den Wortlaut hier nochmals vollständig abzudrucken, zumal der Fund erst seit einem Decennium veröffentlicht und demnach noch wenig bekannt ist.

Die ganze, von Coppernicus nachmals durchstrichene Stelle des Manuskripts lautet:

»*Vocant autem aliqui motum hunc in latitudinem circuli, hoc est dimetientem, cuius tamen periodum et dimensionem a circumcurrente eius deducunt, ut paulo inferius ostendemus. Estque hic obiter animadvertendum, quod, si circuli fuerint inaequales manentibus ceteris conditionibus, non rectam lineam, sed conicam sive cylindricam sectionem describent, quam ellypsim vocant mathematici; sed de his alias.*«

Coppernicus hat diese Stelle später weggestrichen, weil er sich, wie die Schlussworte ausdrücklich hervorheben, eine eingehendere Ausführung für eine spätere Gelegenheit vorbehielt. Bei dieser klar hervorgetretenen Durchbrechung der sonst als Axiom festgehaltenen Grund-Anschauung, dass die gleichmässige Bewegung im Kreise die für die Himmelskörper einzig entsprechende sei, konnte Coppernicus sich an der aphoristischen Andeutung, wie sie an jener Stelle allein gestattet war, unmöglich genügen lassen.

II. Die Bücher-Einzeichnungen mathematisch-astronomischen Inhalts.

Ausser der werthvollsten Reliquie von Coppernicus, dem Original-Manuskripte seines Hauptwerkes, hat die eifrige Forschung der beiden letzten Decennien noch eine beträchtliche Anzahl handschriftlicher Bemerkungen aufgespürt, welche Coppernicus in die von ihm gebrauchten Bücher eingetragen hat. Diese Einzeichnungen haben für uns schon dadurch Werth, dass sie die Vorstudien des grossen Mannes enthaltend, einen interessanten Einblick in seine Arbeits-Methode gewähren. Derselbe steigert sich noch dadurch, dass wir in ihnen manche Hinweisung auf ältere Quellen finden, welche Coppernicus gekannt und benutzt hat, von denen wir in seinem Hauptwerke nichts erfahren. Von grossem Interesse sind endlich eine Reihe von astronomischen Tafeln, welche nicht durchweg mit den in den »Revolutiones« veröffentlichten übereinstimmen, zum Theil sehr bedeutende Verschiedenheiten aufweisen.

Curtze, von welchem diese Einzeichnungen in den Coppernicanischen Büchern zu Upsala aufgefunden und durch die »Reliquiae Copernicanae« (Leipzig 1875) veröffentlicht sind, hat zugleich eine genaue Vergleichung angestellt und den Abdruck mit erläuternden fachwissenschaftlichen Bemerkungen versehen.

Mehrere von den Einzeichnungen, welche sich von Coppernicus in den zu Upsala aufbewahrten Büchern vorgefunden haben, sind

bereits bei Besprechung der Coppernicanischen Bibliothek im 1. Bande des vorliegenden Werkes (Thl. 2, S. 406 ff.) erwähnt worden. Dieselben werden sonach an dieser Stelle nur eine kurze Zusammenstellung erheischen, indem auf die ausführlicheren Mittheilungen a. a. O. verwiesen wird.

Primus liber generalem mundi descriptionem et fundamenta, quibus omnium aetatum observationes et apparentias salvandas suscepturus est, continet. His, quantum de doctrina sinuum, triangulorum planorum et sphaericorum suo operi necessarium aestimavit, subiungit.

Secundus est de doctrina primi motus et his, quae sibi de stellis fixis hoc loco dicenda putavit.

Tertius de motu Solis.

Et quia experientia eum docuit quantitatem anni ab aequinoctiis numerati ex motu etiam stellarum fixarum dependere, in prima huius libri parte, vera ratione et divina profecto solertia, motus stellarum fixarum mutationesque punctorum solstitialium et aequinoctialium inquirere ostendit.

Quartus liber est de motu Lunae et eclipsibus.

Quintus de motibus reliquorum planetarum.

Sextus de latitudinibus.

Priores tres libros perdidici, quarti generalem ideam concepi, reliquorum vero hypotheses primum animo complexus sum. Quantum ad priores duos attinet, nihil tibi scribendum putavi: idque partim peculiari quodam meo consilio,* partim quod do-

---

* Dass Rheticus sagt, er habe »peculiari quadam consilio« über die beiden ersten Bücher des Coppernicanischen Werkes in der »Narratio Prima« keine näheren Mittheilungen gegeben, ist wohl einfach dadurch zu erklären, dass er dieselben für eine »altera narratio« vorbehalten hatte.

Auch über die Bewegungen des Mondes und der Planeten hatte Rheticus die Absicht »peculiarem narrationem instituere«, wie er an einer späteren Stelle seiner »Narratio Prima« ausdrücklich angiebt (Vgl. den Abdruck in der Thorner Säkular-Ausgabe des Werkes »de revolutionibus« S. 457).

etrina primi motus nihil a communi et recepta ratione discedit, nisi quod tabulas declinationum, ascensionum rectarum, differentiarum ascensionalium et reliquas ad hanc doctrinae partem pertinentes ita de integro construxit, ut ad observationes* omnium aetatum per partem proportionalem accommodari possint. Quae igitur in tertio libro tradit cum hypothesibus omnium reliquorum motuum, quantum in praesentiarum pro ingenii mei tenuitate assequi potuero, tibi Deo dante dilucide recitabo.

De motibus stellarum fixarum.

Cum D. Doctor praeceptor meus Bononiae non tam discipulus quam adiutor et testis observationum doctissimi Viri Dominici Mariae, Romae autem, circa annum Domini 1500, natus annos plus minus viginti septem Professor mathematum in magna scholasticorum frequentia et corona magnorum virorum et artificum in hoc doctrinae genere, deinde hic Varmiae suis vacans studiis summa cura observationes annotasset, ex observationibus stellarum fixarum elegit eam, quam anno Domini 1525 de Spica Virginis habuit. Constituit autem eam elongatam fuisse a puncto autumnali 17 gradus 21 minuta fere, cum ipsius declinationem meridianam non minorem 8 gradibus 40 minutis deprehenderet. Deinde conferens omnes observationes auctorum cum suis invenit anomaliae revolutionem seu circuli diversitatis esse completam, nosque nostra aetate a Timochare usque in secunda revolutione

* Im Texte ist die Lesart der editio princeps wiedergegeben, welche von den spätern Herausgebern ohne ausreichenden Grund verlassen ist. Mästlin und die Warschauer Ausgabe hat die Worte »ad observationes« in »observationibus« verändert; in der Thorner Ausgabe ist die Präposition »ad« weggelassen.

esse. Quare medium motum stellarum fixarum atque aequationes diversi motus geometrice constituit. Quia enim Timocharis observatio Spicae anno 36 primae periodi Calippi collata cum observatione anni 48 eiusdem periodi nos docet,* stellas illa aetate in 72 annis unum gradum processisse, deinde ab Hipparcho ad Menelaum semper in centum annis unum gradum confecisse: constituit apud se, Timocharis observationes in postremum quadrantem circuli diversitatis incidisse, in quo motus apparuerit mediocris diminutus; in tempore autem intermedio inter Hipparchum et Menelaum motum diversitatis fuisse in loco tardissimo. Siquidem Menelai observationes et Ptolemaei collatae ostendunt in 86 annis per unum gradum stellas tunc motas, quare Ptolemaei observationes factas motu anomaliae existente in primo quadrante, stellasque tunc motas motu tardo sive aucto. Porro quia a Ptolemaeo ad Albategnium uni gradui 66 anni respondent, atque nostrae observationes collatae cum Albategnii ostendant stellas motu diverso iterum in 70 annis unum gradum conficere, sed ad alias suas in Italia habitas observatio ea, quam supra dixi, collata ostendit stellas fixas motu diverso in 100 annis iterum per unum gradum progredi: sole quoque clarius est a tempore Ptolemaei ad Albategnium motum diversitatis terminum mediocrem primum praeteriisse, totumque quadrantem mediocris additi et circa Albategnii tempora fuisse in loco summae velocitatis. Ab Albategnio autem ad nos tertiam quadrantem motus diversi esse absolutum, et interim stellas progressas motu veloci diminuto alterum limitem mediocris motus praetergressum, et nostra aetate iterum in quartum quadrantem motus mediocris diminuti anomaliam pervenisse, proinde iam iterum motum diversum tardissimum limitem appetere. Haec autem D. Praeceptor ut ad certam rationem redigeret, quo ordine cum omnibus observationibus consentirent, constituit motum diversum in 1717 annis Aegyptiis

* Vgl. Ptolem. Almag. VII, 3.

compleri, maximamque aequationem 70 fere minutorum motum autem medium stellarum in anno Aegyptio 50 secundorum fere esse, atque integram motus medii futuram revolutionem in 25816 annis Aegyptiis.*

De anno ab aequinoctio generalis consideratio.

Hanc motuum in stellis fixis rationem comprobant etiam annuae quantitates a punctis aequinoctialibus observatae, atque certo constat, quare ab Hipparcho** ad Ptolemaeum dies integer minus $\frac{1}{20}$ diei interciderit; ab hoc autem ad Albategnium 7 dies fere, ab Albategnio ad suas observationes, quas anno Domini 1515 habuit, dies 5 fere, neque haec omnino instrumentorum vitio, ut hactenus creditum, sed certa et consentienti sibi ubique ratione fieri. Quare minime ab aequinoctiis aequalitatem motus sumendam, sed a stellis fixis, ut mirabili consensu omnium aetatum tam de Solis et Lunae quam de reliquorum planetarum motibus observationes testantur.

Quia a Timochare ad Ptolemaeum stellae processerunt motu tardissimo $\frac{1}{300}$ solum diei quartae super 365 dies, a Ptolemaeo autem ad Albategnium, quia veloces, $\frac{1}{103}$ diei quadranti decedere receptum est: nostra aetate si conferantur

---

* Vgl. Copern. de rev. orb. cael. III, 6; Albategnius de motu stellarum cap. 27. 28; Ptolem. Almag. III, 2.

** In der editio princeps liest man irrthümlich »a Timochare«, welchen Namen auch die Thorner Ausgabe aus Versehen beibehalten hat. (Zwischen Timochares und Ptolemaeus ist ein Zeitraum von mehr als 400 Jahren.) — Mästlin hat für Timochares richtig den Namen Hipparch's substituirt, wie derselbe sich auch in dem betr. Abschnitte des Werkes »de revolutionibus« (III, 13) vorfindet.

Dass die Warschauer Ausgabe den Namen Hipparch's von Mästlin übernommen hat, ist selbstverständlich. Dieselbe hat nämlich — was hier nachträglich ein für allemal hervorzuheben ist — sich ganz an Mästlin's Textes-Recension angeschlossen.

observationes ad Albategnii, patet deesse quadranti $\frac{1}{128}$ diei partem. Tardo igitur motui maior anni quantitas ab aequinoctiis respondere videtur, veloci minor, decrescenti velocitati anni augmentum, adeo ut, si accurate anni quantitas ab aequinoctiis nostra aetate examinetur, cum Ptolemaeo fere iterum consentiat. Proinde statuendum puncta aequinoctalia moveri in praecedentia, quemadmodum in Luna nodos, et nequaquam stellas secundum signorum consequentiam progredi.

Imaginandum itaque fuit esse aequinoctium medium, quod procedat a prima stella Arietis orbis stellati aequali motu postponendo stellas fixas, et utrinque ab hoc aequinoctio medio ipsum aequinoctium verum motu diverso et regulari discedere, cuius tamen elongationis semidiameter 70 minuta non multum excedat, sicque certam et quantitatis anni ab aequinoctiis rationem singulis aetatibus exstitisse et adhuc hodie deprehendi posse; praeterquam quod haec ratio exactissime, et quasi ad minutum, observationibus stellarum fixarum omnium artificum respondet.

Ut autem huius rei gustum aliquem tibi, doctissime D. Schonere, praebeam, en computavi tibi praecessiones aequinoctiorum veras ad quaedam observationum tempora.

Anno Aegyptio		Praecessio vera Gr.	Min.	Tempore
Ante nativitatem domini	293	2	24	Timocharis
	127	4	3	Hipparchi
Post nativitatem domini	138	6	40	Ptolemaei
	880	18	10	Albategnii
	1076	19*	37	Arzahelis
	1525	27	21	nostro

* Die Editio princeps hat irrthümlich »12«. Schon Mästlin hat dafür die richtige Zahl »19« substituirt.

Ptolemaei praecessio subtracta a locis stellarum in Ptolemaeo positis relinquit, quantum a prima stella Arietis distent. Albategnii deinde praecessio addita ostendit verum locum observationis. Hoc fit in omnibus aliis similiter. Maxime autem haec ad amussim observationibus omnium artificum respondent, ubi etiam singula annotantur minuta, vel ex declinationibus positis habentur, aut ex Lunae motu ad maiorem praecisionem reducto, ut nostrae nos docent observationes cum Veterum collatae. Nam neglectis, ut vides, aliquot minutis, partem saltem gradus recitant $\frac{1}{2}$ vel $\frac{1}{3}$, vel $\frac{1}{4}$ etc. Haec autem motibus absidum planetarum non satisfaciunt, proinde peculiarem motum eis tribui oportuit, ut patebit ex Solis theoria.

Caeterum cum deprehendisset a stellis fixis aequalitatem motus sumendam, investigavit diligentissime annum sidereum, quem reperit CCCLXV dierum, XV minutorum, XXIV secundorum fere esse et perpetuo fuisse, a quo tempore factas observationes constat. Nam quod referente Albategnio Babylonii tria secunda plus ponunt, Thebit unum secundum minus, haec sine iniuria vel instrumentis et observationibus, quae, ut scis, neutiquam ἀκριβέσταται esse possunt, vel diversitati motus Solis, vel etiam quod vetustissimi, non habita certa eclipsium ratione, diversitates aspectus Solis in observationibus neglexerunt, imputari potest. Nequaquam tamen comparandus hic error totius huius temporis a Babyloniis ad nos cum illo, qui est 22 secundorum diei inter Ptolemaeum et Albategnium. Quod autem necesse fuerit inter Hipparchum et Ptolemaeum diem minus $\frac{1}{20}$ intercidere, inter hunc et Albategnium 7 fere deficere, non sine summa voluptate ex praedicta motuum stellarum ratione et ipsius D. Praeceptoris de motu Solis tractatione tibi, Doctissime D. Schonere, collegi, ut paulo post videbis.

De mutatione obliquitatis eclipticae.

Mutationem maximae declinationis hanc rationem habere, D. Doctor Praeceptor meus reperit, ut, dum motus diversitatis stellarum fixarum semel compleretur, dimidia obliquitatis contingeret. Quare et integrum mutationis obliquitatis revolutionem in IIIMCCCCXXXIIII annis Aegyptiis fieri constituit.

Timocharis, Aristarchi et Ptolemaei temporibus mutationem obliquitatis in tardissima variatione fuisse constat, adeo ut immutabilem maximam declinationem crederent semper $\frac{11}{83}$ partes circuli magni. Albategnius post hos 23 gradus 35 minuta fere sua aetate prodidit. Deinde Arzahel post eum CXC fere annis 23 gradus 34 minuta. Prophatius Iudaeus ab hoc iterum CCXXX annis 23 gradus 32 minuta. Nostra autem aetate non maior 23 gradibus $28\frac{1}{2}$ minutis apparet. Proinde cum clarum sit, in CCCC annis ante Ptolemaeum motum mutationis obliquitatis tardissimum fuisse, ab hoc vero ad Albategnium, per DCCL annos fere, decrevisse per 17 minuta, et ab Albategnio ad nos in DCL annis saltem per 7 minuta: sequitur mutationem obliquitatis fieri, quemadmodum planetarum ab ecliptica discessus, motu quodam librationis seu in lineam rectam, cuius est in medio velocissimum esse, circa extrema tardissimum. Fuit igitur polus aequinoctialis seu eclipticae circa Albategnii tempora in medio fere huius librationis motu, hoc autem seculo circa alterum terminum tardissimum, quo in loco maxima unius poli ad alterum fit appropinquatio. Sed supra posuimus per motum aequinoctialis salvari motus stellarum fixarum et diversitatem annuae quantitatis ab aequinoctiis, et huius poli sunt vertices terrae, a quibus poli elevationes sumuntur. Vides igitur, ut te, doctissime D. Schonere, obiter moneam, quales hypotheses seu theorias motuum observationes exigant, verum adhuc clariora testimonia audies.

Porro assumit D. Praeceptor minimam obliquitatem 23 gra-

dus 28 minuta futuram, cuius ad maximam sit differentia 24 minutorum. Ex his constituit geometrice tabulam minutorum proportionalium, ut maxima eclipticae obliquitas inde ad omnes aetates elici possit. Sic fuere minuta proportionalia, tempore Ptolemaei 58, Albategnii 24, Arzahelis 15, nostra aetate 1; his ad 24 minuta differentiae facta parte proportionali patet mutationis obliquitatis certam regulam esse deprehensam.

De eccentricitate et motu apogii solis.

In Solis motu cum circa anni fluxam instabilemque quantitatem omnis difficultas versetur, prius de apogii et eccentricitatis mutatione dicendum, ut omnes causas inaequalitatis anni adstruamus, quas tamen regulares et certas ostendit D. Praeceptor assumptis theoriis ad hoc accommodatis. Cum Ptolemaeus statueret apogium Solis fixum, maluit vulgatam recipere opinionem quam suis credere observationibus, quae parum fortassis a vulgata differebant, sed ut certa tamen coniectura ex ipsius narratione elicitur, constat eccentricitatem circa Hipparchum, nempe per CC ante ipsum annos, talium partium 417 fuisse, qualium quae ex centro eccentrici est 10,000. Ptolemaei autem aetate earundem 414, Arzahelis (cui potiorem fidem etiam Regiomontanus noster tribuit) ex maxima aequatione 346 fere fuisse constat, sed nostro tempore 323, siquidem maximam aequationem non maiorem 1 gradu 50½ minutis se deprehendere D. Praeceptor affirmat.

Deinde cum diligentissime perpenderet motus absidum Solis et reliquorum planetarum, primum invenit, ut etiam ex praedictis vides, peculiaribus motibus absidas sub sphaera stellarum fixarum procedere, neque plus convenire, ut uno motu apparentes motus stellarum fixarum et absidum nec non mutationis obliquitatis ab una causa dependere affirmemus, quam si quis vestrorum artificum, qui τοὺς αὐτομάτους planetarum motus referunt, una eadem-

que machinatione singulorum planetarum motus et apparentias effingere conetur, aut quis pedem, manum et linguam ab eodem musculo et vi motrice eadem suas omnes actiones perficere, defendendum praesumeret. Attribuit itaque D. Praeceptor apogio Solis duos motus, medium scilicet et differentem, quibus sub octava sphaera moveatur. His accedit, quod, cum aequinoctium verum aequali et diverso motu in antecedentia signorum moveatur. Solis et reliquorum planetarum apogia, quemadmodum stellae fixae, postponantur. Quare ut omnium aetatum observationes consentienti sibi invicem lege responderent, tres istos motus a se invicem discernere coactus est.

Haec ut intelligas, assumas maximam eccentricitatem 417, minimam 321 futuram, et differentia sit 96 partium, diameter scilicet parvi circuli, in cuius circumferentia ab ortu ad occasum centrum eccentrici moveatur, a centro igitur mundi ad centrum huius parvi circuli 369 partes erunt.* Omnes autem hae partes, ut mox dictum est, talium sunt, qualium quae ex centro eccentrici 10,000 partium. Habes machinationem, quam ex tribus supra recitatis eccentricitatibus investigavit, simili prorsus ratione, quemadmodum ex tribus Lunae eclipsibus aequales ipsius motus Divino certe invento corriguntur.

Porro statuit centrum eccentrici revolutionem conficere aequali velocitate, qua et omnis mutationis obliquitatis diversitas redit. Atque haec res digna profecto est summa admiratione, quod tanto et tam mirabili consensu perficiatur!

Ante nativitatem Domini LX fere annis erat maxima eccentricitas, atque eodem etiam tempore maxima Solis declinatio, et qua ratione una, simili et prorsus non alia reliqua quoque decrevit, ut saepius maximam mihi in varia rerum mearum for-

---

* Der Druckfehler der editio princeps 269 statt 369, ist in der Thorner Ausgabe stehen geblieben, trotzdem er bereits durch Mästlin verbessert war. Man vergleiche überdies de revol. orb. cael. III, 21.

tuna hic et item alibi id generis naturae lusus mitigationem adferant aegrumque animum suavissime leniant.

Ad motum eccentrici monarchias mundi mutari.

Addam et vaticinium aliquod. Omnes monarchias incepisse videmus, cum centrum eccentrici in aliquo insigni huius parvi circuli loco fuit. Sic cum Solis esset maxima eccentricitas, Romanum Imperium ad Monarchiam declinavit, et quemadmodum illa decrevit, ita et hoc tanquam consenescens defecit atque adeo evanuit. Cum perveniret ad quadrantem terminumque mediocrem, lata est lex Mahometica; incepit itaque aliud magnum imperium et velocissime ad motus rationem crevit, dum in centum annis, cum minima futura est eccentricitas, hoc quoque imperium suam conficiet periodum, ut iam circa ista tempora in summo sit fastigio, a quo aeque velociter, Deo volente, lapsu graviore ruet. Centro autem eccentrici ad alterum terminum mediocrem perveniente. speramus ad futurum Dominum nostrum Jesum Christum. Nam hoc in loco circa creationem mundi fuit; neque multum discrepat haec computatio a dicto Eliae, qui Divino instinctu mundum VIM tantum annos duraturum vaticinatus est, quo tempore duae fere revolutiones peraguntur. Ita apparet hunc parvum circulum verissime Rotam illam Fortunae esse, cuius circumactu Mundi monarchiae initia sumant atque mutentur. In hunc enim modum summae totius historiae Mundi mutationes tanquam hoc circulo inscriptae conspiciuntur. Porro qualia illa imperia esse debuerint, aequisne legibus an tyrannicis constituta, quomodo ex magnis coniunctionibus et aliis eruditis coniecturis deprehendatur, a te brevi, Deo volente, coram audiam.

Porro dum centrum eccentrici descendit versus centrum universi, consentaneum est, centrum parvi circuli secundum signorum consequentiam singulis annis Aegyptiis per 25 fere secunda procedere. Et quia centrum eccentrici a summa distantia in antece-

dentia movetur, aequatio respondens motui anomaliae temporis propositi a medio motu subtrahitur, donec semicirculus compleatur; in reliquo vero additur, ut versus apogii motus habeatur.

Maxima autem aequatio inter apogium verum et medium geometrice, ut convenit, ex praedictis deducta est 7 graduum 24 minutorum; reliquae, ut fieri solet, pro ratione centri eccentrici in hoc parvo circulo sunt constitutae. Motum diversum certum habemus, quia sunt tria loca data; de medio motu est aliqua dubitatio, quia non habemus ad illa tria loca veram apogii Solis sub ecliptica positionem, idque propter errorem, qui inter Albategnium et Arzahelem incidit, ut refert Regiomontanus noster Lib. III in propositione XIII Epitomes.

Albategnius nimis libere abutitur mysteriis astronomiae, ut multis in locis videre est. Si hoc in constitutione apogii Solis quoque fecit, ut demus sane eum certum tempus aequinoctii habuisse, quia tamen impossibile est, ut etiam Ptolemaeus testatur. solstitiorum tempora praecise instrumentis constituere, siquidem unum minutum declinationis, quod certe facile sensum effugit, nos quatuor fere gradibus hoc loco defraudare potest, quibus quatuor respondent dies: — quomodo potuit locum apogii solis constituere? Si processit per loca eclipticae intermedia, ut propositione XIIII eiusdem tertii Regiomontanus tradit, parum certiori argumento usus est. Quod ergo erraverit, sibi imputet, qui eclipses elegit non circa apogium, sed circa longitudines medias eccentrici Solis contingentes, ubi apogium Solis per sex gradus a vero ipsius loco collocatum nullum notabilem in eclipsibus errorem inducere potuit.

Arzahel referente Regiomontano 402 observationes se habuisse gloriatur, et ex hoc apogii locum constituisse. Concedimus ista diligentia veram quidem eccentricitatem reperisse; sed cum non pateat, eum eclipses Lunae circa absidas Solis adhibuisse in consilium, nihil magis eis assentiendum apparet in summae absidis constitutione quam Albategnio. Hic vides, quanto

cum labore D. Praeceptori enitendum fuerit, ut medium apogii motum constitueret. Ipse per XL fere annos in Italia et hic Varmiae eclipses et motum Solis observavit, atque elegit hanc observationem, qua constituit anno Domini MDXV apogium Solis $6\frac{2}{3}$ Cancri gradus obtinuisse. Deinde omnes eclipses in Ptolemaeo examinans et ad suas, quas ipse diligentissime observavit, conferens medium apogii annum motum, a stellis quidem fixis 25 fere secundorum, ab aequinoctio autem medio 1 minuti 15 secundorum fere esse constituit. Atque hac ratione per utrumque motum medium et diversum, vera praecessione adhibita, colligitur, quod versus apogii locus ab aequinoctio vero Hipparchi quidem tempore in 63 gradibus fuerit, Ptolemaei $64\frac{1}{2}$, Albategnii $76\frac{1}{2}$, Arzahelis 82, nostra autem aetate cum experientia omnia consentire. Haec profecto melius conveniunt quam Alfonsina, quibus apogium Solis in 12* Geminorum Ptolemaei tempore fuisse constituitur, nostro in principio Cancri; ad Arzahelis sententiam nos duobus gradibus propius accedimus. Albategnii loci apogii iuxta illos computatio 1 gradu superat, nos ab eo non immerito 6 gradibus deficimus. Nam D. Doctor Praeceptor meus minime a Ptolemaeo et suis observationibus discedere potest, tum quia suas oculis suis vidit et deprendit, tum etiam, quia cernit summa diligentia et per eclipses Solis Lunaeque motus Ptolemaeum ad amussim examinasse certosque, quoad eius fieri potuit, constituisse. Quod autem ab eo uno gradu fere differre cogimur, id nos motus apogii, quod ipse fixum putavit, edocuit, quare et minorem hoc in loco examinandi curam adhibuit.

Habes, quae sit D. Praeceptoris mei de motu Solis sententia. Composuit itaque tabulas, quibus omni tempore proposito verum locum apogii Solis, veram eccentricitatem verasque aequationes,

* Mästlin hat für »Solis in 12« eingesetzt »Solis in 13 cum dividio«.

aequales Solis motus ad stellas fixas et aequinoctia media, unde verum Solis locum correspondentem cum omnium aetatum observationibus colligat. Hinc manifestum est, tabulas Hipparchi, Ptolemaei, Theonis, Albategnii, Arzahelis, et ex his aliqua ex parte conflatas Alfonsinas, temporaneas solummodo esse et ad summum CC annos durare posse, donec videlicet notabilis diversitas quantitatis anni, eccentricitatis, aequationis, etc. contingat; id quod simili certa ratione in motibus et apparentiis reliquorum planetarum accidit. Non immerito igitur D. Doctoris praeceptoris mei Astronomia perpetua vocari poterat, ut omnium aetatum observationes testantur, et procul dubio posteritatis observationes confirmabunt! Caeterum motus suos et loca absidum a prima stella Arietis computat, cum a stellis fixis motuum sit aequalitas; deinde praecessione vera addita, quantum singulis aetatibus vera planetarum loca ab aequinoctio vero distiterint, colligit et constituit.

Quod si talis paulo ante nostram aetatem rerum coelestium doctrina exstitisset, nullam Picus in octavo et nono libro occasionem, non solum astrologiam, sed et astronomiam impugnandi habuisset.* Ipsi enim in dies videmus, quemadmodum notabiliter a veritate communis calculus discrepet.

Quantitatis anni ab aequinoctiis specialis consideratio.

Plerique in emendatione Calendarii diversas etiam quantitates anni ab auctoribus constitutas, sed confuse enumerant neque quicquam determinant, quod certe mirum in tantis mathematicis.

---

* Der bekannte Pico von Mirandola hatte seine Angriffe gegen die Astrologie und Astronomie bereits ein halbes Jahrhundert vor dem Erscheinen der »Narratio prima« veröffentlicht; wir sehen aus dem Citate des Rheticus jedoch, dass das Ansehen dieses gelehrten »monstrum sine vitio«, wie ihn Scaliger nannte, noch lange nach seinem Tode († 1494) nachwirkte.

Vides autem, doctissime D. Schonere, quatuor ex praedictis causas inaequalis motus Solis ab aequinoctiis: inaequalitatem praecessionis aequinoctiorum, inaequalitatem motus Solis in ecliptica, decrementum eccentricitatis, denique apogii duplici de causa progressum, quare et iisdem de causis annum ab aequinoctiis minime aequalem esse posse. Ptolemaeo quidem facile ignosci potest, quod aequalitatem ab aequinoctiis sumendam posuit, cum stellas fixas in consequentia* moveri, locumque apogii fixum statueret, neque eccentricitatem Solis decrescere;** quomodo autem alii se excusare velint, ego non video. Etsi namque concederemus eis, stellas et apogium Solis eodem motu in signorum consequentiam ferri, nihilque propterea de tempore ab aequinoctio vero in rei veritate mutari, sed potius propter instrumentorum defectum, omnem (quod tamen dicere nostra aetate foret absurdissimum) diversitatem contingere, siquidem apogii Solis progressus parum admodum quantitatem anni mutat; tamen non ideo sequetur, Solem regulariter ad aequinoctium verum semper aequali tempore redire, quemadmodum Lunam dicimus regulariter ab apogio medio epicycli elongari, ad idemque aequali tempore reverti, ut doctissimus Marcus Beneventanus ex Alphonsinorum sententia refert. Nam cum certe eccentricitatem Solis non possimus negare non mutari, ipsi viderint, quomodo affirment, propter mutationem anguli diversitatis a motu medio anni quantitatem ab aequinoctio observatam non mutari. Ego profecto reipublicae et studiosis omnibus, quibus D. Doctoris Praeceptoris mei labor profuturus est, plurimum gratulor, quod nos certam diversitatis anni rationem habeamus!

* Mästlin hat noch hinter »consequentia« zur Erläuterung »aequaliter« eingeschoben.

** Auch hier hat Mästlin hinter »decrescere«, um den Satz klarer zu machen, die Worte »deprehendere posset« hinzugefügt.

Sed ut haec omnia facilius animo perspicias, doctissime D. Schonere, en tibi ob oculos idem in numeris propono, ut his denique, quae supra promisi, respondeam.

Sit Sol in puncto vernalis aequinoctii medii, quod tempore observationis aequinoctii autumnalis ab Hipparcho factae, anno ante nativitatem Domini CXLVII, tribus gradibus 29 minutis primam stellam Arietis praecedebat. Sol procedat ab eodem puncto octavae sphaerae, ut in anno sidereo (scilicet 365 diebus, 15 minutis, 24 secundis fere) ad idem punctum revertatur. Quia autem aequinoctium medium in anno sidereo Soli procedit obviam per 50 fere secunda, sit ut Sol prius ad punctum vernale medium perveniat, quam ad locum, unde digressus fuit, ubi videlicet Sol et aequinoctium medium in eodem eclipticae puncto coniuncti erant. Minor igitur annus ab aequinoctio medio, quam sidereus, qui ex nostris hypothesibus 365 dierum, 14 minutorum 34 secundorum fere esse colligitur. Sed si inquiramus, quot dies et partes diei respectu aequinoctii medii, in CCLXXXV annis, qui sunt inter Hipparchum et Ptolemaeum, excrescant, inveniemus LXIX dies IX minuta fere; deficerent itaque II dies VI minuta, si singulis annis quartam diei partem excrescere assumamus. Perpendamus igitur et reliquas causas, donec unum tantum diem, minus $\frac{1}{20}$ diei desiderari reperiamus. Tempore observationis Hipparchi aequinoctium verum praecedebat aequinoctium medium secundum signorum antecedentiam 21 minutis eclipticae stellatae fere, in quo puncto tunc Sol erat, sed tempore Ptolemaei sequebatur aequinoctium verum ipsum medium 47 fere minutis. Igitur cum Sol tempore Ptolemaei pervenisset ad 21 minutum ante punctum aequinoctii medii, ubi Hipparchi tempore aequinoctium* verum reliquerat, non** erat aequinoctium, neque cum pervenit

* Die Editio princeps liest »aequinoctialem verum«. In den Text ist Mästlin's Verbesserung »aequinoctium« aufgenommen, welche sich in allen späteren Ausgaben gleichfalls findet.

** Mästlin hat statt »non« das bezeichnendere »nondum« gewählt.

ad aequinoctium medium, sed postquam illud per 47 minuta transcendit in centrum terrae, ut Plinius loquitur,* incidit in locum videlicet aequinoctii veri. Fuerunt igitur Soli 1 gradus 8 minuta ascendenda, quem arcum motu vero 1 die 8 minutis confecit. Hoc servo ad latus et perpendo, quantum angulus diversitatis hoc in loco decreverit, et invenio illi unum fere minutum diei correspondere. Patet itaque diebus ab aequinoctio medio computatis tempus 1 diei 9 minutorum accedere, quare et recte Ptolemaeum prodidisse inter suam et Hipparchi observationem a vero aequinoctio ad verum CCLXXXV annos, LXX dies, XVIII minuta esse; proinde et LVII diei minuta deficere, quod etiam ex substractione 1 diei, 9 minutorum de 2 diebus, 6 minutis, supra respectu aequinoctii medii desideratis innotescit.

Verum dicamus de defectu 7 dierum inter Ptolemaeum et Albategnium, quod ideo est illustre, quia maius est temporis intervallum, nempe DCCXLIII annorum, quare et omnes causae magis erunt conspicuae. Tempore Ptolemaei aequinoctium medium praecedebat ipsam primam stellam Arietis 7 gradibus 28 fere minutis in signorum antecedentiam. Aequinoctio autem medio subinde soli obviam eunte, ut dictum, factum est, ut in annis intermediis inter Ptolemaeum et Albategnium CLXXX dies, 14 minuta fere per additamenta respectu aequinoctii medii excrescerent. Deficient igitur V dies, 31 minuta, si tempus ad aequinoctium medium, ad id conferamus, quod exsultat, cum in quatuor annis unus dies colligitur. Caeterum Sol tempore Ptolemaei aequinoctium verum in 47 minutis post aequinoctium medium in signorum consequentiam reliquerat; Albategnii autem aetate aequinoctium verum in 22 minutis ante aequinoctium medium in signorum antecedentiam erat. Prius igitur Sol ad aequinoctium verum quam ad

* Plin. hist. nat. lib. II, cap. 19.

medium, vel ubi aequinoctium* verum reliquerat, venit, quod est contrarium priori exemplo. Quantum itaque temporis uni gradui 9 minutis respondebit, tantum de diebus respectu aequinoctii medii decedet et residuo, nempe V diebus XXXI minutis, accedet, et quia eodem modo cum differentia anguli diversitatis propter eccentricitatis decrementum, cui 30 diei minuta respondent, agendum, unus dies XXX minuta propter mutationem anguli diversitatis et inaequalem praecessionis motum reliquis duabus inaequalis motus Solis causis admixtis tempore mediocri decedent, et additamentum verum a tempore Ptolemaei ad Albategnii observationis tempus CLXXVIII dierum XLIIII minutorum exibit. Sed idem decrementum adiunctum V diebus XXXI minutis monstrat VII dies et 1 minutum excidisse, quod ostendendum erat.**

Tantae molis erat tali ratione stellarum fixarum et Solis motus restituere, quo ex motuum eorum colligantia vera annuae quantitatis ab aequinoctiis ratio colligi posset. Regnum itaque in astronomia doctissimo Viro D. Praeceptori meo Deus sine fine dedit, quod Dominus ad astronomicae veritatis restaurationem gubernare, tueri et augere dignetur! Amen!

Statui tibi breviter, doctissime D. Schonere, integram tractationem motus Lunae et reliquorum planetarum, quemadmodum stellarum fixarum et Solis conscribere, ut, quae utilitates ex D. Praeceptoris libris ad studiosos mathematicae totamque posteritatem veluti ex uberrimo fonte promanaturae sint, intelligas. Verum cum viderem mihi opus in praesentiarum nimis excrescere,

---

* Des leichteren Verständnisses wegen ist auch an dieser Stelle statt »aequinoctialem« die Aenderung von Mästlin »aequinoctium« substituirt.

** Mästlin fügt an der bez. Stelle einen erläuternden Zusatz ein, überschrieben: »Schema anomaliae praecessionis aequinoctiorum et inaequalis magnitudinis anni tropici«.

peculiarem hac de re Narrationem instituendam duxi.* Quod igitur his tanquam praecurrere viamque praeparare necessarium putavero, hoc loco expediam et hypothesibus motus Lunae et reliquorum planetarum generalia quaedam inspergam, quo et de toto hoc opere maiorem spem concipias, et, quae eum coëgerit necessitas ad alias assumendas hypotheses seu theorias, perspicias.

Cum in principio nostrae Narrationis praemiserim D. Praeceptorem suum opus ad Ptolemaei imitationem instituere, mihi amplius nihil quasi relictum esse video, quod de ipsius emendandi motus ratione apud te praedicem. Siquidem Ptolemaei indefatigabilem calculandi diligentiam, quasi supra vires humanas observationum certitudinem et vere divinam rationem omnes motus et apparentias perscrutandi exequendique, ac postremo tam ubique ipsius inter se consentientem docendi et demonstrandi methodum nullus, cui quidem Urania est propitia, satis admirari et praedicare potest.

In hoc autem eo D. Praeceptori meo maior quam Ptolemaeo labor incumbit, quod seriem et ordinem omnium motuum et apparentiarum, quem observationes IIM annorum tanquam praestantissimi duces in latissimo astronomiae campo explicant, in certam sibique mutuo consentientem rationem seu harmoniam colligere cogitur, cum Ptolemaeus vix ad quartam tanti temporis partem Veterum observationes, quibus se tuto committeret, haberet. Et cum ἀπὸ τοῦ χρόνου, vero Deo et Praeceptore, legum politiae coelestis errores astronomiae nobis aperiantur, siquidem insensibilis vel etiam neglectus error in principio constitutionis hypothesium, praeceptorum et tabularum astronomiae procedente tempore sese aperit aut etiam in immensum propagatur, D. Doctori Praeceptori meo non tam instauranda est astronomia quam de integro exaedificanda. Ptolemaeus potuit plerasque

* Vgl. oben S. 296 Anmerkung.

Veterum. ut Timocharis, Hipparchi et aliorum hypotheses ad seriem omnis diversitatis motuum, quae sibi ex tantillo observationum tempore elapso nota erat, satis concinne accomodare: ideo recte et prudenter, quod et plausibilius erat, eas elegit hypotheses, quae et rationi nostrisque sensibus magis consonae esse videbantur, et quibus summi ante eum artifices usi fuerunt. Cum autem omnium artificum observationes et coelum ipsum ac mathematica ratio nos convincant, quod Ptolemaeo et communes hypotheses nequaquam ad perpetuam sibique invicem consentientem colligantiam et harmoniam rerum coelestium demonstrandam et in tabulas ac praecepta colligendam sufficiant: necesse fuit, ut D. Praeceptor meus novas hypotheses excogitaret, quibus videlicet positis tales motuum rationes geometrice et arithmetice bona consequentia deduceret, quales Veteres et Ptolemaeus olim τῷ θείῳ ψύχης ὄμματι in altum elevati deprehenderunt, qualesque hodie Veterum vestigia colligentibus in coelo esse diligentes observationes edocent. Sic nempe in posterum videbunt studiosi, quem Ptolemaeus et reliqui veteres auctores usum habeant, quo eos hactenus tanquam ex scholis exclusos revocent et in pristinum honorem veluti postliminio reversos restituant. Poëta inquit: »*Ignoti nulla cupido*«. Ideo non mirum, quare Ptolemaeus hactenus cum tota Vetustate in tenebris neglectus iacuerit, quemadmodum procul dubio et tu, optime D. Schonere, cum aliis item bonis doctisque viris saepius doluisti.

De Lunae motibus considerationes generales cum novis eius hypothesibus.

Ratio eclipsium vel unica astronomiae honorem apud imperitum vulgus tueri videtur. Haec autem quam hodie a communi calculo et in tempore et praedicenda quantitate discrepet, in dies videmus. Cum vero accuratissimas Ptolemaei et aliorum optimo-

rum auctorum observationes minime in constituendis tabulis astronomicis, quod quosdam facere videmus, tanquam falsas et reprobas reiicere debeamus, nisi manifestum aliquem arguente aetate errorem irrepsisse deprehendamus. Quid enim magis est humanum quam falli nonnunquam et decipi vel etiam specie recti praesertim in difficillimis istis rebus abstrusissimis et nequaquam obviis?

In Lunae motu demonstrando assumit D. Praeceptor meus huiusmodi theorias et motuum rationes, quibus veteres excellentissimos philosophos minime in observationibus suis caecos fuisse appareat. Quapropter, sicut supra anni ab aequinoctiis sumpti augmentum et decrementum regulare esse ostendimus, ita ex diligenti quoque Solis et Lunae motuum examinatione deduci poterit, quae singulis aetatibus verae Solis, Lunae et Terrae a se invicem distantiae, quave ratione diametri Solis, Lunae et umbrae diversis temporibus aliter atque aliter repertae fuerint, ut certa insuper etiam diversitatis aspectuum Solis et Lunae ratio haberetur.

Regiomontanus noster libro V propositione 22 Epitomes inquit: »*Sed mirum est, quod in quadratura, Luna in perigio epicycli existente, non tanta appareat, cum tamen, si integra luceret, quadruplam oporteret apparere ad magnitudinem, quae apparet in oppositione, cum fuerit in apogio epicycli*«. Senserunt et idem Timochares et Menelaus, qui semper in observationibus stellarum eodem Lunae diametro utuntur. Sed et D. Praeceptorem meum experientia docuit, diversitates aspectus et quantitates corporis Lunae in omni ipsius a Sole distantia parum vel nihil differre ab iis, quae in coniunctione et oppositione contingunt, ut manifestum sit Lunae minime talem, ut receptum, eccentricum tribui posse. Ponit itaque, quod Lunae orbis terram adjacentibus elementis complectatur, cuius deferentis centrum sit centrum terrae, super quo aequaliter centrum epicycli Lunae deferens feratur. Illam autem secundam diversitatem, quam a Sole Luna habere videtur, ita salvat.

Assumit Lunae corpus epicyclo epicycli homocentrici moveri, hoc est primo, qui fere in coniunctione et oppositione apparet,* epicyclo alium parum Lunae corpus deferentem epicyclum affingit, proportionem autem diametri primi epicycli ad diametrum secundi sicut 1097 ad 237 esse demonstrat. Caeterum talis est motuum ratio. Circulus declivis suam, ut antehac, motus rationem obtinet, nisi quod eiusdem aequalitatem a stellis fixis habet. Deferens, qui et concentricus, movetur regulariter et aequaliter super suo centro (scilicet terrae similiter, aequaliter et regulariter a linea medii motus Solis discedens. Epicyclus primus etiam super suo centro uniformiter parvi et secundi epicycli centrum in superiori parte in antecedentia, in inferiori in consequentia deferendo circumvolvitur. Ponit autem istum motum ab apogio vero, quod in superiori parte epicycli primi linea ex centro terrae per centrum eiusdem in circumferentiam eiecta ostendit aequalem et regularem esse. Luna autem in circumferentia parvi et secundi epicycli etiam regulariter et aequaliter movetur ab apogio vero parvi epicycli discedens, quod videlicet a linea exeunte a centro primi epicycli per centrum secundi in ipsius circumferentia ostenditur. Atque huius motus haec est regula, ut ipsa Luna bis in suo parvo** epicyclo in una deferentis periodo revolvatur, quo tamen in omni coniunctione et oppositione Luna in perigio parvi epicycli, in quadraturis autem in apogio eiusdem reperiatur. Haec est machinatio, seu hypothesis, qua D. Praeceptor omnia praedicta inconvenientia excludit, et quam omnibus apparentiis satisfacere ad oculos ostendit, quemadmodum etiam ex tabulis ipsius est colligere.

---

* Mästlin hat den Relativ-Satz ganz umgestaltet; bei ihm lautet derselbe: »*qui fere inter coniunctiones vel oppositiones et quadraturas medio tempore apparet*«.

** Statt »*parvo*« hat Mästlin die — nicht nöthige — Aenderung in »*hoc minore*« vorgenommen.

Porro doctissime D. Schonere, quemadmodum nos hic in Luna ab aequante liberatos esse vides et tali insuper theoria assumpta, quae experientiae et omnibus observationibus correspondet, ita etiam in reliquis planetis aequantes tollit, tribuens cuilibet trium superiorum unum solummodo epicyclum et eccentricum, quorum uterque super suo centro aequaliter moveatur, et pares planeta in epicyclo cum eccentrico revolutiones faciat; Veneri autem et Mercurio eccentricum eccentrici.* Quod enim planetae directi, stationarii, retrogradi, propinqui et remoti a terra et cum singulis annis conspiciuntur, per alium insuper, quam ex superioribus adstruitur, regularem telluris globi motum fieri posse demonstrat, qui est, ut Sol universi medium occupet, terra autem loco Solis in eccentrico, quem Orbem Magnum appellare placuit, circumferatur. **Atque profecto divini quiddam est, quod ex unius terreni globi regularibus et aequalibus motibus certa rerum coelestium ratio dependere debeat!**

Principales rationes, quare a veterum astronomorum hypothesibus recedendum sit.

Primum autem, ut terrae mobilitate apparentias in coelo plerasque fieri posse aut certe commodissime salvari assumeret, eum aequinoctiorum indubitata (sicut audivisti) praecessio et eclipticae obliquitatis mutatio induxit.

Deinde, quod illa eadem eccentricitatis Solis diminutio pari ratione et proportionabiliter in eccentricitatibus reliquorum planetarum animadvertitur.

---

* An der bez. Stelle hat Mästlin eine grössere Textes-Aenderung vorgenommen; er hat einen ganzen Satz neu eingeschoben: »*Docet tamen, quod illorum motus similiter per eccentrum eccentri et horum revolutiones per eccentrepicyclos tradi possint*«. Quod enim etc.

Postea. quod planetas suorum deferentium centra circa Solem, tanquam medium universi, habere appareat.

Sensisse autem et idem Vetustissimos (Pythagoricos interim ut taceam) vel hinc satis liquet, quod Plinius ait,* Venerem et Mercurium ideo non longius a Sole quam ad certos et praefinitos terminos discedere, optimos haud dubie auctores secutus, quia circa Solem conversas absidas habeant, unde et medium quoque Solis motum eis accidere oportuit.

Cum vero Martis cursum inobservabilem ait, atque praeter reliquas in motus Martis emendatione difficultates dubium non sit, quin maiorem nonnunquam quam ipse Sol diversitatem aspectus admittat, impossibile esse videtur, terram mundi medium obtinere. Porro etsi ex Saturni et Jovis in matutino vespertinoque ortu ad nos habitudine id ipsum hoc facile etiam colligatur, in Martis tamen diversitate ortuum praecipue et maxime animadvertitur. Quia enim Martis sidus obtusum admodum lumen habet, non adeo sicut Venus aut Jupiter visum decipit, sed pro ratione a terra distantiae magnitudinis mutationem refert. Proinde cum Mars in vespertino ortu Jovis sidus magnitudine aequare videatur, ut non nisi igneo fulgore discernatur, in apparitione autem et occultatione vix a secundae magnitudinis stellis discerni possit, sequitur ipsum proxime ad terram vespertino in ortu accedere, contra in matutino quam maxime procul abesse, quod certe ratione epicycli nullo modo contingere potest. Terrae igitur ad Martis et aliorum planetarum motus restituendos, alium locum deputandum esse patet.

Quarto, hac unica ratione commode fieri posse D. Praeceptor videbat, ut, quod maxime proprium circularis motus est, omnes revolutiones circulorum in mundo aequaliter et regulariter super suis centris et non alienis moverentur.

---

* Plin. hist. nat. II, 17.

Quinto, cum non minus mathematicis, quam medicis statuendum, quod passim Galenus* inculcat: »Μηδὲν εἰκῇ τὴν φύσιν ἐργάζεσθαι«. et »οὕτως εἶναι τὸν δημιουργὸν ἡμῶν σοφὸν, ὃς μὴ μίαν ἕκαστον τῶν ὑπὸ αὐτοῦ γεγονότων ἔχειν τὴν χρείαν, ἀλλὰ καὶ δύο, καὶ τρεῖς καὶ πλείους πολλάκις«. Quare, cum hoc unico terrae motu infinitis quasi apparentiis satisfieri videremus, Deo, naturae conditori, eam industriam non tribueremus, quam communes horologiorum artifices habere cernimus? qui studiosissime cavent. ne ullam instrumento rotulam inserant, quae aut supervacanea sit, aut cuius alia paululum mutato situ commodius vicem suppleat? Et quid D. Praeceptorem moveret, ut tanquam mathematicus aptam motus terreni globi rationem non assumeret? cum videret talia assumpta hypothesi ad certam rerum coelestium doctrinam constituendam nobis unicam octavam sphaeram eamque immotam, Sole in medio universi immoto, in motibus vero reliquorum planetarum eccentrepicyclos aut eccentrecentricos vel epicycli epicyclos sufficere?

His accedit, quod motus terrae in suo orbe omnium planetarum, excepta Luna, argumenta conficiat, quique unus solus causa omnis diversitatis motus esse videatur, quae videlicet in tribus quidem superioribus a Sole, in Venere autem et Mercurio circa Solem apparet, denique et hunc motum efficere, ut unica saltem in latitudinem deferentis planetae deviatione quilibet planetarum sit contentus, sicque principaliter planetarum motus tales etiam hypotheses exigere.

Sexto, et postremo, hoc maxime D. Doctorem Praeceptorem meum movit, quod praecipuam omnis incertitudinis in astronomia causam esse videbat, quod huius doctrinae artifices (quod venia divini Ptolemaei Astronomiae parentis dictum volo) suas theorias

---

* Rheticus hat hier die Rand-Bemerkung beigefügt: »Haec dicta sunt in libro X de usu partium« (corporis humani).

et rationes motus corporum coelestium emendandi parum severe ad illam regulam revocaverunt, quae ordinem et motus orbium coelestium absolutissimo systemate constare admonet. Ut enim amplissime suum honorem illis (quemadmodum par est) tribuamus, tamen optandum nae erat, ut in harmonia motuum constituenda musicos fuissent imitati, qui, chorda una vel extensa vel remissa, caeterarum omnium sonos tamdiu summa cura et diligentia adhibita formant et attemperant, donec omnes simul exoptatum referant concentum, neque in ulla dissoni quicquam annotetur. Hoc, ut de Albategnio interim dicam, si in suo opere secutus esset, haud dubie et hodie omnium motuum rationem certiorem haberemus. Est enim verisimile Alfonsinos plurimum ex eo desumpsisse, atque hac unica re neglecta aliquando (si modo vera fateri animus est totius astronomiae ruina metuenda fuisset. In communibus astronomiae principiis erat quidem videre, ad medium Solis motum omnes apparentias coelestes se dirigere, totamque motuum coelestium harmoniam pro ipsius moderamine constitui et conservari. Unde et a Veteribus Sol χορηγὸς, naturae gubernator et Rex dictus est. Sed quomodo hanc administrationem gereret, an quemadmodum Deus totum hoc universum gubernat? (ut pulcherrime Aristotoles περὶ κόσμου depingit); an vero ipse totum coelum toties peragrando, nulloque in loco quietus, Dei in natura administratorem ageret — nondum videtur omnino explicatum absolutumque esse. Utrum autem horum potius assumendum sit, geometris et philosophis (qui mathematica quidem tincti sint) determinandum relinquo. Siquidem in huiusmodi aestimandis diiudicandisque controversiis, non ex plausibilibus opinionibus, sed legibus mathematicis (in quorum foro causa haec dicitur ferenda est sententia. Prior gubernationis modus est reiectus, posterior receptus. D. Doctor autem Praeceptor meus damnatam rationem gubernationis in rerum natura Solis revocandam statuit, ita tamen ut receptae etiam et approbatae suus locus relinquatur. Videt namque neque in

humanis rebus esse opus, ut Imperator singulas urbes ipse percurrat, quo suo denique munere a Deo sibi imposito defungatur, neque cor in caput, aut pedes aliasque corporis partes propter animantis conversationem transmigrare, sed per alia ὄργανα a Deo in hoc destinata officio suo praeesse.

Deinde, cum statueret medium motum Solis talem motum esse oportere, qui non tantum imaginatione constaret, ut in reliquis quidem planetis, sed haberet causam per se, cum ipsum verissime χορευτὴν ὁμοῦ καὶ χοροστάτην esse appareret, factum est, ut suam sententiam firmam nec a vero abhorrentem comprobaret. Nam per suas hypotheses causam efficientem aequalis motus Solis geometrice deduci posse sentiebat et demonstrari, quare iste medius Solis motus in omnibus reliquorum planetarum motibus et apparentiis certa ratione, ut in singulis apparet, necessario deprehenderetur, atque exinde posito telluris motu in eccentrico in promptu esse certam rerum coelestium doctrinam, in qua nihil mutandum, quin simul totum systema, ut consentaneum erat, de novo in debitas rationes restitueretur. Huiusmodi Solis in rerum natura gubernationem cum ex communibus nostris theoriis ne suspicari quidem poteramus, pleraque Veterum Solis ἐγκώμια tanquam poëtica negligebamus. Vides itaque, quales ad salvandos motus hypotheses D. Praeceptorem his ita constitutis assumere oportuerit.

Transitio ad enumerationem novarum hypothesium totius astronomiae.

Interrumpo cogitationes tuas, clarissime Vir; video enim te, dum causas renovandarum hypothesium astronomiae a D. Doctore meo excellenti doctrina summoque studio indagatas audis, animo tecum cogitare, quaenam tandem apta renascentis astronomiae hypothesium futura sit ratio. Illud autem hominum

genus,* quod omnes simul stellas pro suo arbitratu, haud secus ac iniectis vinculis, in aethere circumducere conatur, commiseratione potius quam odio esse dignum, te iuxta cum aliis veris mathematicis omnibusque viris bonis iudicare. Cumque haud ignores, quem locum hypotheses seu theoriae apud astronomos habeant, et in quantum mathematicus a physico differat, sentio te hoc quoque statuere, quo observationes ipsiusque coeli testimonia trahunt retrahuntque, sequendum, omnemque difficultatem ferendo, Deo duce, mathematica et indefatigabili studio comitibus, superandam esse. Proinde si quispiam ad summum principalemque finem astronomiae sibi respiciendum statuerit, una nobiscum D. Doctori, Praeceptori meo, gratias habebit, cogitabitque et ad se Aristotelis illud pertinere, τὰς μὲν οὖν ἀκριβεστέρας ἀναγκας, ὅταν τις ἐπετύχῃ, τότε χάριν ἔχειν δεῖ τοῖς εὑρίσκουσι.** Et cum nos Aristoteles Calippi et suo exemplo confirmet*** ad causas τῶν φαινομένων assignandas, astronomiam, prout se diversi corporum coelestium motus obtulerint, instaurandam, neque Averroëm, non satis clementem Ptolemaei Aristarchum, si modo ad physiologiam aequis oculis respicere velit, acerbius D. Praeceptoris hypotheses excepturum speraverim. Tantum abest, ut Ptolemaeum adeo hypothesibus suis, si ei in vitam redire daretur, addictum et adiuratum putarim, ut ad certam rerum coelestium doctrinam exaedificandam, ubi regiam viam tot seculorum ruinis impeditam et inviam factam deprehenderet, non aliud insuper iter per terras mariaque inquisiturus esset, cum per aëra apertumque coelum ad optatam metam minus scandere liceret. Quid namque de isto aliud, cuius haec sunt verba, statuerem? »οὔτε τὰ ἀναποδείκτως ὑποτιθέμενα, ἐὰν ἅπαξ σύμφωτα τοῖς φαινομένοις κατα-

---

* Die editio princeps hat an dieser Stelle die Rand-Bemerkung: »Intelligit epicyclos et eccentricos negantes«.

** Lib. II de caelo (Randbemerkung von Rheticus).

*** Libro XII Metaphys. (Rhet.)

λαμβάνηται, χωρὶς ὁδοῦ τινος, καὶ ἐπιστάσεως εὑρῆσθαι δύνηται, κἂν δυσέκθετος ᾖ ὁ τρόπος αὐτῶν τῆς καταλήψεως. ἐπειδὴ καὶ καθόλου τῶν πρώτων ἀρχῶν, ἢ οὐδὲν ἢ δυσερμήνευτον φύσει τὸ αἴτιον.«*

Quam verecunde autem et prudenter Aristoteles de motuum coelestium doctrina loquatur, passim in eius libris videre est. Et ait alibi**: πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτόν τ' ἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. Cum autem tum in physicis, tum in astronomicis ab effectibus et observationibus ut plurimum ad principia sit processus, ego quidem statuo Aristotelem, auditis novarum hypothesium rationibus, ut disputationes de gravi, levi, circulari latione, motu et quiete terrae diligentissime excussit, ita dubio procul candide confessurum, quid a se in his demonstratum sit, et quid tanquam principium sine demonstratione assumptum, quare et D. Doctori Praeceptori meo suffragaturum crediderim, utpote cum constet rectissime, ut fertur, a Platone dictum, »τὸν Ἀριστοτέλεα τῆς ἀληθείας εἶναι φιλόσοφον«. Contra, si in durissima quaedam verba prorupturus esset, aliter vero mihi persuadere non possum, quin exclamans pulcherrimae huius philosophiae partis conditionem his verbis deploraturus esset***: »πάνυ ἐμμελῶς ἀπὸ Πλάτωνος λέλεκται, γεωμετρίαν τε καὶ τὰς ταύτῃ ἑπομένας ὀνειρώττειν μὲν περὶ τὸ ὄν, ὑπὲρ δὲ ἀδύνατον αὐταῖς ἰδεῖν, ἕως ἂν ὑποθέσεσι χρώμεναι ταύτας ἀκινήτους ἐῶσι, μὴ δυνάμεναι λόγον διδόναι αὐτῶν«, et adderet »πολλὴν τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς χάριν ἔχειν δεῖ, ἐπὶ τῷ τὸν οἷον λόγον τῶν φαινομένων εἰδέται«.

Verum enimvero, cum haec non tam huius loci sint, quam alterius cuiusdam disputationis,† quae porro restant D.

---

* Ausser den Citaten »Lib. IX Eth.« fügt Rheticus noch die Rand-Bemerkung hinzu: »Haec satis faciunt, quibus altius inque domos superas scandere cura fuit«.

** »Lib. I Ethicorum« (Rhet.).

*** Lib. VII Politicorum.

† Vgl. oben S. 285 Anmerkung.

Doctoris Praeceptoris mei hypotheses, libere, et ut his, quae supra diximus, aliquid lucis accedat, narrare ordine pergam.

Universi distributio.

Aristoteles inquit: »*Verissimum est id, quod posterioribus, ut vera sint, causa est.*«* Sic cum D. Praeceptor meus sibi tales hypotheses assumendas esse statueret, quae superiorum saeculorum observationes, ut verae esse confirmarentur, causas continerent et, quemadmodum sperandum, causae essent, ut in posterum omnes astronomicae τῶν φαινομένων praedictiones verae deprehenderentur: principio non mediocribus laboribus superatis per hypothesim constituit, orbem stellarum, quem octavum vulgo appellamus, ideo a Deo conditum, ut esset domicilium illud, quod suo complexu totam rerum naturam complecteretur, quare ut universi locum fixum immobilemque condidisse. Et quoniam non percipitur motus, nisi per collationem ad aliquod fixum, sicut navigantes in mari, quibus nec amplius ullae apparent terrae, coelum undique et undique pontus, tranquillo a ventis mari nullum navis motum sentiunt, tametsi tanta ferantur celeritate, ut in hora etiam aliquot milliaria magna emetiantur: ideo Deum tot cum orbem, nostra quippe causa, insignivisse globulis stellantibus, ut penes eos, loco nimirum fixos, aliorum orbium et planetarum contentorum animadverteremus positus ac motus. Deinde quod his quidem consentaneum est, Deum in huius theatri medium Solem, suum in natura administratorem, totiusque universi Regem Divina maiestate conspicuum collocasse.

Ad cuius numeros et Dii moveantur, et orbis
Accipiat leges, praesciptaque foedera servet."**

Reliquos autem orbes in hunc modum distributos esse. Primum locum infra firmamentum, seu orbem stellarum, Saturni

* Metaphys. ἀ τὸ ἔλαττον (Rhet.).

** Rheticus giebt am Rande das Citat: »Pontanus I. Claria«.

orbem sortitum, intra quem Jovis, deinde Martis contineatur, Solem vero Mercurii, deinde Veneris orbe circumdari, quo orbium quinque planetarum centra circa Solem reperirentur.* Sed intra



concavam superficiem orbis Martis et convexam Veneris, cum satis amplum relictum sit spatium, globum Telluris cum adiacen-

* Die Figur zur Coppernicanischen Anordnung der Weltkörper ist — wie oben S. 291 bereits erwähnt wurde — in der editio princeps nicht enthalten. Erst Mästlin — dem dann die späteren Herausgeber mit Recht gefolgt sind — hat dieselbe nach der von Coppernicus selbst dem 10. Ka-

tibus elementis orbe Lunari circumdatum a magno quodam orbe intra se Mercurii et Veneris orbes item Solem complectente circumferri, ut non aliter ac una ex stellis inter planetas suos motus habeat.*

Hanc totius universi distributionem ex D. Praeceptoris mei sententia mihi perpendenti diligentius praeclare simul ac recte Plinium** sensisse intelligo, cum inquit: »*Mundi, seu coeli, cuius circumflexu tegantur cuncta, extera indagare, nec interesse hominum, nec capere humanae coniecturam mentis*«. Et subdit: »*Sacer est, immensus, totus in toto, imo vero ipse totum, finitus et infinito similis etc.*« Nam ubi D. Praeceptorem meum sequemur, nihil extra concavum orbis stellati, quod inquiramus, erit, nisi quantum nos sacrae literae de his scire voluerunt, tum etiam quicquam extra hoc concavum constituendi praeclusa erit via. Quare totam reliquam hanc naturam, ceu sacrosanctam, a Deo coelo stellato inclusam cum gratiarum actione admirabimur et contemplabimur, ad quam perscrutandam et cognoscendam multis modis, infinitis instrumentis et donis nos locupletavit et idoneos effecit; et quidem eo usque progrediemur, quo ipse voluit, neque ab ipso constitutos limites transgredi tentabimus.

pitel des ersten Buches in dem Werke »de revolutionibus« beigegebenen Figur nachbilden und seiner Ausgabe der »Narratio prima« eindrucken lassen.

* An dieser Stelle fügt Mästlin eine Anmerkung hinzu, in welcher er darauf hinweist, dass das heliometrische System bereits von den Alten vorgebildet gewesen sei: »Testis est« — sagt er — »Archimedes libello de Arenae numero, quo de Aristarcho sic scribit: Haec in iis, quae ab astrologis scripta sunt, redarguens Aristarchus Samius positiones quasdam edidit, ex quibus sequitur, Mundum modo dicti Mundi multiplicem esse. Ponit enim stellas inerrantes atque Solem immobiles manere; terram vero circumferri circa Solem secundum circumferentiam circuli, qui est in medio cursu constitutus; sphaeram autem inerrantium stellarum circa idem centrum cum Sole sitam tantae esse magnitudinis, ut circulus, in quo ponit terram circumferri, eam habeat proportionem ad distantiam stellarum inerrantium, quam centrum sphaerae habet ad eius superficiem«.

** Das Citat Plin. Lib. 2 cap. 1 hat Mästlin seiner Ausgabe beigefügt.

Immensum praeterea mundum esse et vere infinito similem, quantum etiam ad eius concavum, ex eo quidem in confesso est, quod stellas omnes scintillare videamus, planetis exceptis, etiam Saturno, qui eorum coelo citimus maximo fertur circulo. Sed idem longe manifestius ex D. Praeceptoris hypothesibus per ἀποδείξεις patet. Cum enim Orbis magnus terram deferens ad quinque planetarum orbes perceptibilem rationem habeat, unde videlicet omnem apparentiarum diversitatem in his planetis per eorum ad Solem habitudines provenire demonstratur, ac omnis in terra horizon orbem stellatum in aequalia, ut universi circulus magnus, intersecet, et orbes revolutionum suarum a stellis fixis aequalitatem habere comprobetur: satis clarum est, orbem stellarum maxime infinito similem esse, quoniam quidem Orbis Magnus ad eum collatus evanescat, omniaque τὰ φαινόμενα non aliter conspiciantur, ac si terra in medio universi consedisset.

Porro quanquam admiranda et haud indigna tum opifice Deo tum quoque divinis his corporibus motuum et orbium symmetria ac nexus, quae praedictis hypothesibus assumptis conservatur, animo citius concipi (propter affinitatem, quam cum coelo habet) quam ulla voce humana eloqui posse affirmaverim, quemadmodum in demonstrationibus non tam verbis, quam perfectis et absolutis, ut ita dicam, ideis harum suavissimarum rerum nostris animis imprimi solent: tamen et in generali hypothesium contemplatione est videre, quomodo ineffabilis quoque convenientia omniumque consensus sese offerat. Nam praeterquam quod nullus in vulgaribus hypothesibus finis effingendarum sphaerarum apparebat, orbes, quorum immensitas nullo sensu aut ratione percipi poterat, tardissimis et velocissimis circumducebantur motibus, aliique a supremo mobili omnes inferiores sphaeras motu diurno rapi constituebant, cum tamen maxima turba disputationum hac de re concitata, qua ratione sphaera superior in inferiorem ius habeat, necdum constituere potuerint; alii, ut Eudoxus et qui eum sunt secuti, cuilibet proprium orbem tribuebant, cuius motu in die

naturali circa terram semel circumferretur. Praeterea, Dii immortales! quae digladiatio, quanta lis usque adhuc fuit de orbium Veneris et Mercurii situ, et quomodo sint ad Solem collocandi. Verum adhuc sub iudice lis est, quamque unquam posse componi vulgaribus istis hypothesibus constitutis in difficili admodum esse atque adeo impossibile, quis porro est, qui non videt? Quid enim obstiterit? et si quis Saturnum infra Solem collocet, orbium et epicycli ad se invicem servata interim ratione, cum in iisdem hypothesibus communis orbium planetarum inter se dimensio nondum sit demonstrata, quo per eam quilibet orbis suo in loco geometrice circumscriberetur. Ut sane hic silentio praeteream, quantas tragoedias calumniatores pulcherrimae huius partis philosophiae et suavissimae commoverint propter epicycli Veneris magnitudinem, et quia assumptis aequantibus lationes orbium coelestium super propriis centris inaequales ponebantur.

In D. Praeceptoris autem hypothesibus orbe stellato, ut est dictum, termino constituto, quilibet planetae orbis suo a natura sibi attributo motu uniformiter incedens suam periodum conficit et nullam a superiori orbe vim patitur, ut in diversum rapiatur. Adde, quod orbes maiores ambitus tardius, et propiores Soli, a quo quis principium motus et lucis esse dixerit, velocius, ut conveniebat, suos circuitus perficiunt. Quare Saturnus sub ecliptica liber viam corripiens in XXX annis revolutionem complet, Jupiter in XII, Mars in duobus, centrum autem Terrae anni quantitatem ad stellas fixas determinat. Venus in novem mensibus* zodiacum permeat. Mercurius vero minimo orbe Solem circumdans LXXX diebus mundum perlustrat.

---

* Mästlin hat hier ganz willkürlich die Angabe der editio princeps verändert, in welcher der Umlauf der Venus auf neun Monate angegeben wird; er substituirt für »novem mensibus« die Worte »septem mensibus cum dimidio«. Er thut damit dem Texte Gewalt an. Es liegt hier weder ein Druckfehler noch ein lapsus calami von Rheticus vor.

Suntque ita sex tantum orbes mobiles Solem, universi medium, circumdantes, quorum Orbis Magnus terram deferens communis est mensura, quemadmodum et orbium Lunae, item Solis a Luna distantiae etc. ea, quae ex centro globi terreni.

Et quidem senario numero quis commodiorem alterum et digniorem elegerit? quove totum hoc universum suos in orbes a Deo Conditore mundique Opifice distinctum mortalibus facilius persuaserit? is namque cum in sacris Dei oraculis tum a Pythagoreis reliquisque philosophis ut qui maxime celebratur. Quid autem huic Dei opificio convenientius, quam ut primum hoc et perfectissimum opus primo et eodem perfectissimo numero includatur?

Ad haec, ut ita a praedictis sex orbibus mobilibus harmonia coelestis perficiatur. ubi orbes omnes sibi eo pacto succedant, ut et nulla ab altero ad alterum intervalli immensitas relinquatur, et quisque geometria septus suum locum in hunc tueatur modum, ut, si quemcunque loco movere tentes, simul etiam totum systema dissolvas.

Sed generalibus his praelibatis accedamus sane ad lationum circularium, quae competunt singulis orbibus et sibi adhaerentibus ac incumbentibus corporibus, enumerationem. Primo autem dicemus de hypothesibus motuum terreni globi, cui nos inhaeremus.

Qui orbi magno et ei adhaerentibus motus computant. Terrae motus tres, diurnus, annuus, declinationis.

Cum D. praeceptor meus Platonem et Pythagoreos summos divini illius seculi mathematicos sequens sphaerico terrae corpori

---

Coppernicus selbst bezeichnet die Venus in dem Werke »de revolutionibus« als »nonimestris« und sagt von ihr ausdrücklich, sie umkreise die Sonne in neun Monaten »Quinto loco Venus nono mense reducitur«. (de rev. orb. cael. I, 10).

circulares lationes ad τῶν φαινομένων causas assignandas tribuendas censeret, videretque (quemadmodum Aristoteles quoque testatur) uno attributo terrae motu et alias item lationes ipsi ad stellarum imitationem competere, tribus eam principio, ut maxime praecipuis, moveri motibus assumendum iudicavit. Primo namque universali mundi distributione, ut mox dictum est, assumpta constituit terram intra Lunae orbem suis verticibus inclusam, tanquam sphaerulam in torno, Divino ita ordinante Numine, ipsius globi ab occasu ad ortum motu diem noctemque atque aliam super aliam coeli faciem mortalibus, prout se Soli obvertat, producere. Secundo loco centrum terrae cum sibi incumbentibus elementis, scilicet et orbe lunari, ab Orbe Magno, de quo semel atque iterum iam meminimus, uniformiter in eclipticae plano secundum signorum consequentiam circumferri. Tertio aequinoctialem et axem terrae ad planum eclipticae convertibilem habere inclinationem et contra motum centri reflecti, ita ut, ubicunque sit centrum terrae, aequinoctialis et poli terrae propter talem axis terrae inclinationem et stellati orbis immensitatem ad easdem mundi partes semper ferme respiciant. Quod fiet, si, quantum terrae centrum ab Orbe Magno in consequentia ducatur, tantum axis terrae extremitates, qui poli terrae singulis diebus fere in antecedentia procedere intelligantur, circa axem et polos, axi et polis Orbis Magni aut eclipticae aequidistantes circulos parvos describendo. His autem motibus, ubi ex D. Praeceptoris mei sententia binas polorum terrae librationes, duos item motus, quibus centrum Orbis Magni aequali et differenti motu subecliptica incedit, adiecerimus, cum his, quae superius de Lunae motibus circa terrae centrum dicta sunt, habebimus, doctissime D. Schonere, quae sit vera hypothesium ratio, ad totam doctrinam, quam Primi Motus recentiores vocant, quamque de omnimodis stellatae sphaerae motibus habemus, deducendam et causas eorum assignandas, quae circa Solis Lunaeque motus et passiones in bis mille annis iam transactis diligentibus artificum observationibus

contigisse est animadversum, ut sane, quod postea uberius dicendum erit, silentio praetereamus, quod nimirum Orbis Magni motus apparentias in reliquis quinque planetis ingerat. Tam paucis, et ceu in uno orbe, tanta rerum doctrina comprehenditur.

In primi motus doctrina nihil venit mutandum. Quae enim est proprietas eorum, quae sunt ad invicem maxima declinatione constituta; eadem ratione investigabuntur reliquarum etiam partium ecliptícae declinationes, ascensiones rectae, in toto terrarum orbe umbrarum et gnomonum ratio, dierum quantitates, ascensiones obliquae, stellarum ortus et occasus, etc. Hoc tamen inter has et Veterum hypotheses interest, quod in illis contra ac a Veteribus praeceptum est, stellato in orbe praeter ecliptícam nullus circulus imaginatione proprie describatur. Reliqui vero, ut sunt aequinoctialis, duo tropici, arctici et antarctici, horizontes, meridiani omnesque alii ad doctrinam primi motus pertinentes circuli verticales, altitudinum, paralleli, coluri, etc. in terrae globo proprie designantur et per relationem quandam in coelum referuntur.

Eorum autem, quae circa Solem apparent, praeter apparentiam diurnae circa terram revolutionis, quam cum omnibus stellis et planetis reliquis communem habet, et quae Ptolemaeus ac recentiores propriis Solis motibus tribuerunt, accidunt ei et ea, quae circa mutationes punctorum solstitialium, aequinoctialium et stellarum ab iisdem elongationes atque apogii a stellis fixis variationes contingere deprehenduntur. Quae omnia se nostris oculis offerunt, haud secus, ac si Sol et stellarum orbis moverentur. Quomodo enim in oriente emergere seu oriri et paulatim supra horizontem elevari, donec meridianum pertingant, a quo pari ratione descendere, deinde inferius hemisphaerium permeare, in diesque diurnas suas revolutiones conficere vulgo credantur, ex primo motu, quem terrae D. Praeceptor iuxta Platonem tribuit, satis evidentes causas habet.

Quod autem Sol nobis secundum signorum consequentiam

progredi videatur, atque tali motu eclipticam describere et tempus annuum constituere nobis persuadeamus, per alterum motum, quem D. Praeceptor terrae tribuit, fieri potest. Terra enim Orbe Magno lata et inter stellas Librae et Solem morante nos, qui quidem terram quiescere putamus, Solem Arietem stellatum habere existimabimus, quippe ex terrae centro linea per Solem in orbem stellarum eiecta, in Arietis astrum incidet. Deinde terra progrediente ad Scorpionem, Sol Taurum petere videbitur, et hunc in modum totum Zodiacum permeare, cum tamen ipso quiescente hunc motum ei competere statuamus. Et annus sidereus erit tempus, quo centrum terrae seu Solis in apparentia ab eadem stella ad eandem semel revolvitur.

Tertius terrae motus certas et ordinatas in toto terrarum orbe temporum vicissitudines producit; per hunc namque fit, ut Sol et reliqui planetae in circulo ad aequinoctialem obliquo ferri videantur, eademque sit Solis ad singulos terrae tractus habitudo, quae futura erat, terra medium universi per hypothesim occupante et planetis in circulo obliquo motis. Quoniam namque aequinoctialis planum propter polorum suorum, ut dictum, motum ab eclipticae plano in collatione ad Solem reflectitur et declinat, seu ut Graeci dicunt, λοξεύεται καί ἐγκλίνει sub iisdem fere eclipticae locis eadem aequinoctialis ab ecliptica redit declinatio, ipsique poli diurnae revolutionis semper sub eodem quasi stellatae sphaerae situ versantur. Deinde in maximis declinationibus aequinoctialis ab eclipticae plano ad Solem linea ex centro Solis exiens ad terrae centrum sectione conica terrae globum diurna revolutione circumvolutum dissecat tropicosque describit. Praeterea, quando aequinoctialis planum ab eclipticae plano ad Solem maxime reflectitur, in universa terra aequinoctium contingit, quippe cum a praedicta linea globus terrae in aequinoctiali in duas semisphaeras abscindatur. Sed reliqui paralleli dierum in terra, prout reflectio et declinatio (sive, ut verbis utar Ptolemaei, λόξωσις καὶ ἔγκλισις aequinoctialis ad Solem sese commiscent,

notantur. Arctici vero et Antaretici a punctis contingentibus horizontes describuntur. Sed polares D. Praeceptori poli ecliptieae aequidistantes circa aequinoctialis polos depingunt. Globi terrae autem circulus magnus transiens per aequinoctialis et dictos ecliptieae aequidistantes polos colurus solstitiorum erit, et alius eundem in aequinoctialis polis ad angulos rectos sphaerales intersecans coluri aequinoctiorum vicem subibit. Atque in hunc modum vel cuiuslibet loci proprii circuli vel alii quotcunque facile terrae inscribi et exinde ad superextensum coelum referri intelliguntur.

Porro cum propter observationum imperium terrae globus in eccentrici circumferentiam evolaverit, Sol in medium universi subsederit, et sicut in vulgaribus hypothesibus centrum eccentrici inter centrum totius universi (quod in iisdem et terrae) ac stellas Geminorum nostra aetate erat, ita contra in D. Praeceptoris hypothesibus centrum Orbis Magni, quod in principio nostrae Narrationis per centrum eccentrici intelleximus, inter Solem, D. Praeceptori universi medium, et stellas Sagittarii reperiatur, ac diameter orbis magni in centrum terrae incidens medii motus Solis lineam referat. Cumque linea ex centro terrae per Solis centrum in ecliptieam ejecta verum locum Solis determinet, non est obscurum, quomodo Sol de Ptolemaei recentiorumque traditione inaequaliter sub ecliptica moveri aestimetur, atque angulus diversitatis a motu medio geometrice investigetur. Terra autem in summa abside Orbis Magni existente, Sol apogii locum in eccentrico occupare credatur, et contra, illa in ima abside morante, ipse in perigio conspiciatur.

Verum enimvero qua ratione stellae fixae a punctis aequinoctialibus et solstitialibus elongari videantur, et maxima Solis obliquitas variari, etc. (quod sub initium Narrationis ex D. Praeceptoris lib. III deduxi) ex motu declinationis, quem generaliter proposiumus, et binis sibi invicem occurrentibus librationibus dependere D. Praeceptor collegit. A polis, ecliptieae polis, ut non ita multo ante dictum, aequidistantibus, utrinque 23 gradus,

40 minuta circuli magni numerentur, ibique duo notentur puncta, quae polos aequinoctialis medii referant, ac, ut convenit, duo coluri solstitia et aequinoctia media distinguentes designentur. Haec sane discendi gratia concipiantur et delineentur in orbiculo globum terrae continente, cuius uniformi motu tertius, qui quidem terrae tribuitur, motus contingat. Centro autem terrae inter Solem et stellas Virginis commorante, reflectatur seu obliquetur aequinoctialis medius ad Solem, et linea veri loci Solis per communem sectionem plani eclipticae, aequinoctialis medii et coluri distinguentis aequinoctia media transeat, idque ita, ut sit aequinoctium vernale medium, et simul aequinoctium vernale verum, ubi idem, quemadmodum ex sequentibus liquido constabit, ratio motuum sic exiget. Ab hoc loco terrae centro aequali motu ad stellas fixas singulis diebus 59 minuta 8 secunda 2 tertia procedente, punctum vernale medium tantundem in praecedentia super terrae centro conficiat, et paulo velociori gressu incedens 8 fere tertiis angulum maiorem describat. Et haec est causa, quamobrem paulo ante declinationis motum aequalem ferme aequali motui centri terrae ad stellas fixas diximus. Sed crescente subinde angulo, qui a puncto vernali aequinoctialis medii super terrae centro (iuxta iam positum canonem) designatur, priusquam centrum terrae ad locum eclipticae, unde digressum, revertatur, denique linea veri loci Solis in aequinoctium medium incidet, et stellae videbuntur nobis medio seu aequali aliquo motu in consequentia pro anticipationis ratione progredi. Quae anticipatio, ut principio dixi, in anno Aegyptio est 50 secund. fere, et in XXVMDCCCXVI annis Aegyptiis in integram revolutionem excrescit. Patet itaque, quid sit aequinoctium medium, quid aequalis praecessio, et quomodo haec ceu instrumentali fabrica oculis possint subiici.

De librationibus.

Sid linea recta determinata *a b*,* ut exempli gratia 24 minutis; haec puncto *d* in duas aequales partes dividatur. Deinde altero circini pede in *d* collocato, describatur circulus *c e* extensione *d c* versus *a* 6 minutis (quarta parte scilicet); et eiusdem magnitudinis de alia *a b* hac materia duo circelli (ut sic interim loqui liceat) fabricentur et ita componantur, ut alter eorum circumferentiae alterius applicetur, quo libere circa suum centrum moveri



possit. Qui autem alterum in circumferentia fert, primus vocetur, ac centro lineae *a b* in puncto *d* affigatur; secundi circelli centro

* Auch an dieser Stelle hat Rheticus der editio princeps keine Figur beigegeben, obwohl er sie im Werke »de revolutionibus« bei Coppernicus vorgefunden hatte. Wunderlicher Weise hat er sogar einige Buchstaben der Coppernicanischen Figur geändert. Mästlin hat sich hier streng an die editio princeps angeschlossen, musste in Folge dessen auch die Buchstaben in der Coppernicanischen Figur ändern. In dem vorliegenden Abdrucke ist die Figur aus dem Werke »de revolutionibus« mit den dort von Coppernicus gewählten Buchstaben übernommen.

nota *f*, et in circumferentia eiusdem ad placitum puncto assumpto, nota *h* adpingatur. Quod si nota *h* secundi circelli applicetur *a* termino lineae assumptae, et *f* notae *c* eiusdem, ac aequali tempore *h* in unam partem super centro *f* angulum describat, duplum angulo ab *f* super *d* in partem diversam descripto: patet in una primi circelli revolutione notam *h* lineam *ab* bis describendo perreptasse et secundum circellum bis revolutum. Quia autem tali descriptione lineae rectae per duos circulares motus compositos *h* punctum circa *a* et *b* terminos tardissime promovetur, in medio autem circa *d* concitatius, placuit D. Praeceptori talem notae *h* per *ab* lineam motum librationem vocare, cum talis motus ad similitudinem pendentium in aëre fiat. Appellatur hic etiam motus motus in diametrum; nam imaginatione assumpto circulo, cuius *ab* centro *d* sit diameter, ex chordarum doctrina, quo in loco eiusdem diametri *ab* circellorum motu, quem dixi, composito *h* punctum sit, constituitur, tabulaque prosthaphaeresium fabricatur. Motum primi circelli super *d* Praeceptor anomaliam vocat; eo namque motus prosthaphaeresis deprehenditur. Sic *f* centrum secundi circelli in circumferentia primi a *d* puncto in sinistrum discedens describat angulum, qui sub *cdf* sit graduum 30, et in circumferentiam circuli *ab* ex centro *d* ejecta *dfg* totidem graduum *ag* arcum continebit similem arcui *cf* primi circelli; et quia secundi circelli punctum *h* ab *g* ad dextram ratione dupla processit, a signo *g* in signum *h* linea recta ducta patet eandem esse semissem dupli arcus *ag* et *hd*, semissem dupli arcus residui *ag* arcus de quadrante. Quare et *ah* 1340 partium, quarum quae ex centro 10000, quantum videlicet *h* distat ab *a* in diametro *ab*. Quod si vero *ab* praesupponatur 60, *ah* erit talium 4, et *hb* 56, unde facta parte proportionali ad 24 habebitur, in qua parte assumptae lineae recte determinatae *h* signum substitat in tali casu.

His ita παχυτέρα sane μούσῃ perceptis, in facili fuerit intelligere, quomodo et maxima aequinoctialis ab ecliptica plano

obliquitas varietur, et vera aequinoctiorum praecessio inaequalis fiat. Principio namque (cum breviores arcus a lineis rectis, quoad sensum quidem, nihil differant) aequinoctialis medii polo septentrionali punctum *d* imaginatione applicetur. Linea autem *a b* sit arcus coluri distinguentis solstitia: media *b* inter polum aequinoctialis medii septentrionalem et adiacentem polum eorum, qui eclipticae polis aequidistant. Quare *b* est terminus minimae poli diurnae revolutionis seu terrae ab eclipticae, ut dictum, polo distantiae,* *a* vero inter eundem borealem aequinoctialis medii polum et eclipticae planum, unde et maximae poli terrae a polo eclipticae remotionis. Praeterea duobus circellis linea *a b*, uti convenit, applicatis intelligatur, quantum ad praesens polus terrae borealis in *h* puncto et motu duorum circellorum composito lineam *a b* 24 minutis describet, simili nempe machinatione polo meridionali moto lege oppositionis servata, ceu pendente mundo maximam declinationem mutante.

Et assumatur primum circellum in XXXIIIIMCCCCXXXIIII annis Aegyptiis** revolutionem complere, et terminum, a quo principium motus anomaliae, esse *a* punctum circumferentiae circuli, cuius diameter libratione prima describitur. Atque cuilibet statim patebit, si praeter hanc unicam poli terrae nullam haberent librationem, ipsique poli terrae a coluro distinguente solstitia media non abscederent, quomodo tali polorum terrae motu tantum angulus inclinationis plani aequinoctialis veri ad eclipticae planum propter polorum suorum progressum ab *a* versus *d* ad *b* decresceret, contra aliam circulationem complendo

---

* Der obige Satz ist nach der Textes-Recension von Mästlin gegeben. In der editio princeps lautet die Stelle, jedenfalls verderbt: »quare et terminus minimae poli diurnae revolutionis, seu terrae, ab eclipticae, ut dictum, polo distantiae. A vero inter eundem borealem etc.«

** Die Zahl XXXIIIIMCCCCXXXIIII ist aus der editio princeps übernommen. Mästlin hat 3434 gesetzt, und ist diese Zahl auch in alle späteren Ausgaben des Mysterium cosmographicum übergegangen.

a *b* ad *d* versus *a* cresceret, nullamque propterea inaequalitatem in aequinoctiorum praecessione apparere.

Porro autem, quoniam per observationes certo constat puncta aequinoctialia vera a punctis aequinoctialibus mediis hinc inde 70 minutis maxima prosthaphaeresi elongari, obliquitatisque mutationem ad hanc duplam rationem habere: constituendam D. Praeceptor et alteram insuper illa inferiorem librationem* animum suum induxit, qua videlicet poli terrae a coluro distinguente solstitia media in mundi latera excurrerent, idque ita, ut huius secundae librationis *a d b* arcus seu linea recta cum coluro distinguente solstitia media quatuor angulos rectos constituat. At vero in septentrione *a* dextrum mundi latus, *b* sinistrum occupet, in meridie autem *a* sinistrum, *b* dextrum, et *d* huius per notas *h* primae librationis utrinque *a d b* lineas 24 minutis eiusdem describat, denique in huius *h* notas poli terrae revera affigantur, et hac secunda libratione utrinque a dicto coluro in *a* vel *b* extremis terminis constitutis 28 tantummodo minutis deflectantur, cum polis in talibus locis colurus distinguens solstitia vera cum distinguente solstitia media notabiliter maiorem angulum 70 minutis non contineat. Verum, quoniam prosthaphaereses praecessionis respectu ad punctum vernale medium sumendae, D. Praeceptor secundam librationem, tanquam per punctum vernale verum ad medium contingeret, eandem perpendit, maxime cum hunc in modum prosthaphaeresium investigatio sit facilior. Quare et linea *a b* 140 minuta erit et sic disposita, ut respondeat lineae boreali librationis secundae, *d* autem in puncto vernali medio, puncto vernali vero *h* notam occupante, et ut quae ex centro alterutrius circellorum 35 minutorum sit. Praeterea autem terminus, a quo initium motus, est punctum vernale medium, a quo punctum

---

* Der Text ist nach der editio princeps gegeben. Mästlin hat ihn wesentlich geändert; er liest: »ad constituendam D. Praeceptor et alteram super illam inferendam librationem«.

vernale verum ad dextram *a* versus excurrit. Anomalia vero numeratur a puncto supremo circuli, cuius dimetientem punctum vernale verum describit, quod in eiusdem circuli circumferentia ad septentrionem a coluro aequinoctiorum medio determinatur. Et cum in una obliquitatis restitutione praecessionis inaequalitas bis compleatur, huius secundae librationis anomalia in MDCCXVII annis Aegyptiis perficietur. Quare et obliquitatis anomalia ex tabulis desumpta duplicata praecessionis anomaliam reddit, et illi simplicis, huius vero duplicatae cognomen est.

Quod si secunda haec libratio tantum ponenda fuisset, angulus inclinationis plani aequinoctialis veri et eclipticae, quod quidem dignum animadversione esset, non variaretur, ut patet. Verum omnis apparentiarum diversitas propterea contingens in sola praecessionis aequinoctii veri inaequalitate deprehenderetur, utrisque autem librationibus coincidentibus, poli terrae sibi invicem occurrentibus, ut dictum, motibus circa polos aequinoctialis medii figuras corollarum intortarum delineabunt.

Et cum poli terrae in colurum distinguentem solstitia media incidunt, versus colurus cum medio in eodem iacebit plano, punctumque vernale verum cum medio coniungetur; cum tamen, nisi polis utriusque aequinoctialis coniunctis, plana aequinoctialium et colurorum distinguentium tam media quam vera solstitia et aequinoctia * omnino coniungentur. Polo autem septentrionali in parte a *d* secundae librationis versus *a* dextrum limitem morante, meridionali polo in puncto opposito constituto aequinoctium verum sequitur medium, et Sol prius in medium quam verum aequinoctialem incidit. Sed polis terrae mundi latera permutantibus, ut nempe polus borealis a coluro solstitiorum mediorum sinistrum, australis dextrum latus teneat, verum aequinoctium praecedit medium, citiusque Sol cum vero quam cum medio aequinoctiali congreditur.

---

* Mästlin hat auch hier eine wesentliche Aenderung vorgenommen, er schiebt nämlich vor »omnino« ein »non« ein.

Caeterum ab *a* versus *b* polis terrae procurrentibus, quia aequinoctium verum Soli quasi obviam procedit, annus ad aequinoctia propter hanc causam decrescit: a *b* vero versus *a*, cum Solem quasi fugiat, annus ad aequinoctia crescit. Et polis terrae circa *d* haerentibus, breviori annorum spatio notabile anni crementum aut decrementum percipitur.

Cumque apparens stellarum fixarum processus annuae quantitati ad aequinoctia colligatus sit, eadem prorsus ratione velocior et tardior punctorum solstitiorum et aequinoctiorum a stellis fixis elongatio in antecedentia animadvertitur.*

De Solis autem apogio, quae principio ex observationibus secundum D. Praeceptoris mei sententiam deduximus, quantum ab aequinoctii verni ab eo elongationem attinet, ex mox dictis satis innotuit. Progressus vero ipsius apogii sub ecliptica a motu centri parvi circuli et Orbis Magni centri in parvi circuli circumferentia uniformi latione dependet. Diameter Orbis Magni aut eclipticae per Solis parvique circuli centra transiens est linea mediarum absidum Solis; sed diameter per Solis Orbisque Magni centra est linea verarum absidum. Quemadmodum autem centrum Orbis Magni inter Solem et locum eclipticae, ubi Sol perigium tenere creditur, reperitur, ita similiter centrum parvi circuli inter locum perigii medii et Solem statuitur.

Tempore Ptolemaei linea verarum absidum a prima stella Arietis in 57 gradibus 50 minutis loco apogii apparentis, et in 237 gradibus 50 minutis perigii utrinque terminabatur, mediarum autem absidum in 60 gradibus 16 minutis et puncto opposito 240 gradibus 16 minutis. Nam centrum Orbis Magni a summa parvi circuli a centro Solis distantia $21\frac{1}{3}$ fere gradibus in ante-

* Mästlin schaltet hier eine längere Ausführung ein, (p. 129 ed. pr.) in welcher er die beiden ersten von Coppernicus angenommenen Librationen erläutert. Der mit einer Figur versehene Abschnitt ist überschrieben: »Schema utriusque librationis pro obliquitatis et verae aequinoctialis cum eclipticae sectionis mutatione monstranda«.

cedentia processerat, tantundem nempe eodem tempore anomalia simplici, quae et obliquitatis, existente. Uniformiter autem procedente centro parvi circuli super Solis centro et Orbis Magni centro in parvi circuli circumferentia visa est summa absis Solis tempore observationis, quam habuit D. Praeceptor, 69 gradibus 25 minutis a prima stella Arietis tenere. At cum eodem tempore anomalia simplex 165 gradibus ferme esset, prosthaphaeresis 2 gradibus 10 minutis ferme reperta est, centrumque parvi circuli inter Solem et 251 gradus 35 minuta locum perigii medii constituit. Praeterea eccentricitas Orbis Magni seu eccentrici Solis, si placet ita loqui, quae Ptolemaco $\frac{1}{24}$ eius quae ex centro Orbis Magni fuit, nostra aetate $\frac{1}{30}$ partem fere attingit, ut observationes ostendunt, et D. Praeceptoris hypothesibus constitutis mathematica adhibita facile deducitur.

Quomodo autem et propter centri Orbis Magni in parvo circulo motum eccentricitates quinque planetarum varientur, ut in causis renovandarum hypothesium proposuimus, haud magno cum labore intelligi potest. In contemplatione vero quinque planetarum cum duo potissimum consideranda veniant, quomodo et quantus centri terrae ad deferentium planetas centra accessus vel recessus fiat, deinde quam illud augmentum vel decrementum rationem ad illam, quae ex centro deferentis cuiuslibet planetae habeat, non opus erit causas longius petere.

In Saturno cum vel tota dimetiens parvi circuli nullum perceptibilem admodum respectum ad eam, quae ex centro deferentis eius habeat, propterea quod primus sub stellato orbe feratur, nullam variationis eccentricitatis Saturni observationes ingerere poterunt.

Deinde quia Jovis apogium per quadrantem fere a Solis apogio constitit, hodie propter centri Orbis Magni processum nulla sensibilis eccentricitatis eius deprehenditur mutatio, tametsi notabilis et perceptibilis ratio diametri parvi circuli ad eam, quae ex centro orbis sui esset. Atque haec est causa, quare in Mercurio

quoque nulla eccentricitatis sentiatur mutatio, cum similiter Solis apogii latus suo apogio claudat.

Martis apogium distat ab apogio Solis ad sinistram 50 fere gradibus, Veneris autem ad dextram 42 gradibus. Sunt itaque centra horum deferentium in idoneis locis constituta ad percipiendam variationem, et cum diameter parvi circuli ad utriusque orbem notabilem habitudinem habeat, observationibus de duobus his planetis per triangulorum doctrinam examinatis invenit D. Praeceptor Martis quidem eccentricitati $\frac{1}{12}$. Veneris vero $\frac{1}{8}$ propter accessum centri Orbis Magni ad Solem decessisse.

Ne autem unus aliquis motus terrae attributus parum testimonii videretur habere, industria τοῦ σοφοῦ δημιούργου factum est, ut quilibet motus pariter et in omnium planetarum apparentibus motibus notabiliter deprehenderetur, adeo paucis motibus πλειόνεσι τοῖς φαινομένοις in natura necessariis satisfieri opportunum fuit. Ideoque et centri Orbis Magni motus non tantum ad Solem et planetas eundem circumdantes, sed etiam ad Lunae passiones pertingit.

Quemadmodum namque Ptolemaeus distantiam Solis a terra maximam constituit esse 1210 partium, qualium est quae ex centro terrae una, et axem umbrae earundem 268, ita D. Praeceptor demonstrat nostra aetate eandem Solis a terra maximam elongationem esse 1179 partium, et axem coni umbrae 265. Caetera vero, quae his cohaerent, ad utriusque luminaris motus et passiones propter mutatas hypotheses perpendendas Secundae Narrationi huic subsecuturae reservanda putavi.*

---

* Vgl. oben S. 285 Anmerkung.

Altera pars hypothesium de motibus quinque planetarum.

Dum vere dignam admiratione hanc novarum hypothesium D. Praeceptoris mei fabricam animo mecum reputo, saepius mihi, doctissime D. Schonere, Platonici illius in mentem venit, qui postquam ostendit, quid in Astronomo requiratur, subiicit denique, »ὡς οὔ κἄν ῥᾳδίως ποτὲ πᾶσα φύσις ἱκανὴ γένοιτο θεωρῆσαι μὴ θαυμαστῆς μετέχουσα«.

Cum autem apud te anno superiori essem atque in emendatione motuum Regiomontani nostri, Peurbachii, praeceptoris eius, tuos et aliorum doctorum virorum labores viderem, intelligere primum incipiebam, quale opus quantusque labor esset futurus, hanc reginam mathematum astronomiam, ut digna erat, in regiam suam reducere formamque imperii ipsius restituere. Verum cum Deo ita volente spectator ac testis talium laborum, quos alacri sane animo et sustinet et magna ex parte superavit iam, D. Doctori, Praeceptori meo, sim factus, me nec umbram quidem tantae molis laborum somniasse video. Est autem tanta haec laborum moles, ut non cuiusvis sit herois eandem ferre posse et superare denique. Quibus de causis ego quidem Veteres memoriae prodidisse crediderim Herculem, Jove summo prognatum, coelum, postquam humeris suis amplius diffideret, Atlanti iterum imposuisse, qui aetate longa assuefactus magno animo infractisque viribus, ut semel coeperat, hoc onus usque perferret. Ad haec Divinus Plato, sapientiae, ut inquit Plinius, antistes, haud obscure in Epinomide pronunciat, Astronomiam Deo praeeunte inventam esse. Hanc Platonis sententiam alii aliter fortasse interpretantur. Ego vero, cum videam D. Doctorem, Praeceptorem meum, observationes omnium aetatum cum suis ordine ceu in indices collectas semper in conspectu habere; deinde cum aliquid vel constituendum, vel in artem et praecepta conferendum, a

primis illis observationibus ad suas usque progredi, et qua inter se ratione omnia consentiant, perpendere: porro, quae inde bona consequentia Urania duce collegit, ad Ptolemaei et Veterum hypotheses revocare, et postquam easdem summa cura perponderans urgente astronomica ἀνάγκῃ deserendas deprehendit, neque quidem sine afflatu Divino et numine Divum novas hypotheses assumere, et mathematica adhibita, quidnam ex talibus bona consequentia deduci possit, geometrice constituere: atque Veterum denique et suas observationes ad assumptas hypotheses accommodare et sic post istos labores omnes exantlatos leges astronomiae demum conscribere: hunc in modum Platonem intelligendum esse puto, Mathematicum siderum motus perscrutantem rectissime assimilari caeco, cui tantummodo baculo suo duce magnum, infinitum, lubricum, infinitisque deviis involutum iter sit conficiendum. Quid fiet? Aliquamdiu sollicite incedens, baculo suo viam quaeritans et eidem quandoque desperandus innixus coelum, terram, omnesque Deos invocabit, misero sibi auxilio ut veniant. Hunc permittet quidem Deus aliquot annos suas experiri vires, ut intelligat denique, baculo suo minime ex instanti periculo se liberari posse. Porro iamiam animum despondenti ipsius misertus Deus manum porrigit manuque ad optatam metam perducit. Baculus Astronomi est ipsa Mathematica seu Geometria, qua viam tentare et insistere primum audet. Quid etenim humani ingenii vires ad divinas has res tamque a nobis dissitas procul investigandas, quam caliginantes oculi?* Proinde, nisi Deus illi pro sua benignitate motus heroicos indiderit et tanquam manu per incomprehensibile alias rationi humanae iter deduxerit, haud crediderim ulla in re astronomum caeco illo praestantiorem et feliciorem esse, praeterquam quod

---

* Im Texte ist die — allerdings nicht besonders glückliche — Formulirung des Gedankens beibehalten, wie sie die editio princeps aufweist. Mästlin verändert in: »... tamque a nobis dissitas procul investigandas? **quid** caliginantes oculi?

suo ingenio aliquando fidens et suo illi baculo divinos exhibens honores ipsam Uraniam ab Inferis revocatam sibi congratulabitur. Ubi autem rem secum recta reputavit via, se non beatiorem Orpheo esse sentiet, qui quidem animo suam se Eurydicen sequi cernebat, cum ex Orco saltabundus ascenderet, post vero ut ad ora Averni fuit perventum, quam maxime habere se sperabat, ex oculis iterum ad inferos delapsa evanuit.

Perpendamus itaque, ut incepimus, et in reliquis planetis D. Doctoris, Praeceptoris mei, hypotheses, ut videamus, an constanti animo et Deo praeeunte Uraniam ad Superos perduxerit suaeque dignitati restituerit. Posset quispiam fortasse ea, quae de motu terrae circa Solis Lunaeque apparentes motus dicuntur, eludere, quamquam non video, quomodo praecessionis rationem ad sphaeram stellarum transtulerit; reliquorum profecto planetarum apparentes motus, si aut ad principalem astronomiae finem et systematis orbium rationem ac consensum aut ad facilitatem suavitatemque, undique causis apparentium elucentibus, respicere quis velit, nullis aliis assumptis hypothesibus commodius ac rectius demonstraverit, adeo omnia haec tanquam aurea catena inter se pulcherrime colligata esse apparent, et planetarum quilibet sua in positione suoque ordine et omni motus sui diversitate terram moveri testatur, et nos pro diverso globi terrae, cui adhaeremus, situ credere diversimodis eos motibus propriis divagari. Et quidem si usquam alibi est videre, quomodo Deus mundum nostris disputationibus reliquerit, hoc certe loco, ut quod maxime, est conspicuum. Neque vero quemquam movere hoc posse arbitror, quod Deus Ptolemaeum et alios item praestantes heroas hac in parte dissentire patiatur, cum non sit haec ex earum opinionum genere, quas Socrates in Gorgia hominibus perniciosas dicit. Neque ullam hinc aut ars ipsa aut divinatrix illa exinde promanans ruinam trahat.

Veteres omnem motus diversitatem, quam tres superiores per respectum ad Solem habere comperiebant, propriis ipsorum

epicyclis tribuebant. Deinde cum in iisdem planetis reliquam apparentem inaequalitatem minime sola eccentrici ratione fieri perspicerent, ac calculus in eorum motuum supputatione ad imitationem hypothesium Veneris cum experientia et observationibus consentiret: talem quoque secundae apparentis inaequalitatis rationem assumendam putaverunt, qualem ex demonstrationibus Venerem habere concludebant: ut nempe, quemadmodum in Venere, ita cuiuslibet planetae centrum epicycli aequidistanter quidem centro eccentrici moveretur, sed aequilitatem motus respectu centri aequantis sortiretur. ad quod punctum ipse quoque planeta motu proprio in epicyclo aequaliter ab apogio medio discedens relationem haberet. Caeterum quemadmodum Venus proprio et peculiari in epicyclo motu suas revolutiones conficeret, ratione autem eccentrici medio Solis motu incederet, ita illi contra in epicyclo Solem respicerent, in eccentrico vero peculiaribus ferrentur motibus, ipsae observationes, ut constituerent, exigebant. dum terram in universi medio retinere nituntur. At praeterquam ea,* quae ad Veneris apparentias salvandas competere iudicaverunt, in Mercurii theoria alium insuper aequantis locum, et quod ipsum centrum, a quo epicycli esset aequidistantia, in parvo circumvolveretur circulo, recipiendum duxerunt. Haec acute sane, ut Veterum pleraque omnia sunt inventa, satisque concinna motibus et apparentiis, si orbes coelestes inaequalitatem habere super propriis centris, a quo tamen natura abhorret, admittamus, primamque et maxime notabilem diversitatem apparentis motus quinque planetarum ipsis (cum eandem in eis per accidens apparere constet) tanquam propriam tribuamus.*

In latitudinibus autem planetarum et illud quoque ἀξίωμα Veteres negligere videntur, quod nempe omnes motus corporum coelestium aut circulares sint, aut ex circula-

* Das »praeterquam« verändert Mästlin in »praeter« und lässt die Präposition »in« vor den Worten »Mercurii theoria« aus.

ribus componantur, nisi fortasse quispiam Veneris et Mercurii reflexiones declinationesque, quemadmodum paulo ante de motu declinationis terrae est dictum, fieri intelligi velit et declinationis epicyclorum in tribus superioribus ac deviationes in inferioribus per librationum motus. Hoc ut sane concedatur in reflexionibus et declinationibus Veneris et Mercurii, siquidem eorum inclinationum anguli, planorum eccentricorum et epicyclorum ubique iidem manent, declinationes tamen epicyclorum in tribus superioribus et deviationes Veneris ac Mercurii per librationes fieri communis calculus refutat. Ut namque de deviationibus tantum dicam, quia minuta proportionalia, quibus deviationes pro locis centri epicycli extra nodos et absidas ratiocinamur, eadem ratione indagarunt et constituerunt, qua in primi motus doctrina partium eclipticae declinationes investigantur, fit, ut in sexagesimo gradu ab aliqua absidum eccentrici, centro quidem epicycli Veneris existente, colligamus deviationem quinque minutorum, Mercurii autem $22\frac{1}{2}$. Quod si deferens poneretur per librationes deviare, in tali Veneris epicycli situ vera ratio non ultra $2\frac{1}{2}$ minuta deviationem, Mercurii vero $11\frac{1}{4}$ minuta exposceret. In illius enim centri epicycli situ angulus inclinationis plani eccentrici ad eclipticae non maior 5 minutis, in huius vero $22\frac{1}{2}$ ex librationum proprietate motus reperirentur. Atque ideo fortasse Joannes de Regiomonte monendos studiosos putavit, calculum in latitudinibus circa prope verum tantum versari.

Postremo cum homines, quod Aristoteles alibi pluribus ostendit, natura sua scire appetant, nae molestum est satis, quod nusquam aeque causae τῶν φαινομένων sint abstrusae atque ceu Cimmeriis tenebris involutae, quod ipse etiam Ptolemaeus nobiscum testatur. Ut interim plura de Veterum in quinque planetis hypothesibus, quam forte ipsa novarum ut sic dicam hypothesium cum enumeratio tum ad Veteres collatio requirit, non adducam. Ptolemaeum equidem, et qui eum sequuntur, aeque atque D. Praeceptorem ex animo amo; siquidem vero sanctum illud Aristotelis

praeceptum semper in conspectu ac memoria habeo »φιλεῖν μὲν ἀμφοτέρους, πείθεσθαι δὲ τοῖς ἀκριβεστέροις δεῖ«, etsi nescio, quomodo me tamen magis ad D. Praeceptoris hypotheses inclinari sentio. Id quod fit fortasse partim, quia iam demum rectius me intelligere animum induco, suavissimum illud, quod Platoni ob gravitatem ac veritatem tribuitur »τὸν θεὸν ἀεὶ γεωμετρεῖν«, partim vero, quod in D. Praeceptoris astronomiae instauratione ceu caligine discussa aperto nunc coelo et ambobus, ut dici solet, oculis vim sapientissimi dicti illius Socratis in Phaedro intuear: »ἐάν τέ τινα ἄλλον ἡγήσομαι δυνατὸν εἰς ἕν καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκότα ὁρᾶν: τοῦτον διώκω κατόπισθε μετ' ἴχνιον, ὥστε θεοῖο.«

Hypotheses motuum quinque planetarum secundum longitudinem.

His itaque, quae de terrae motu hactenus dicta sunt, a D. Praeceptore meo confirmatis sequitur (sicut in causis renovandarum hypothesium retulimus) ut omnis diversitas apparentis motus planetarum, quae in eis παρὰ τοὺς πρὸς τὸν ἥλιον σχηματισμοὺς contingere videtur, propter annuum terrae motum in Orbe Magno fiat, utque planetae revera sola adhuc altera inaequalitate, quae penes zodiaci partes observatur, incedant. Quamobrem eis eae hypotheses tantum, quibus duae diversitates motus demonstrari possunt, competunt. Quemadmodum autem in Luna D. Praeceptor maluit epicyclo epicycli uti, ita in tribus quidem superioribus planetis ad ordinem et motus commensurationem commodius demonstrandam eccentrepicyclos elegit, in Venere vero et Mercurio eccentri eccentricos.

Cum autem nos veluti ex terrae centro trium superiorum motus suspiciamus, at inferiorum revolutiones tanquam infra nos intueamur, consentaneum erat, ut ad centrum Orbis Magni orbium planetarum centra referrentur, a quo deinde ad ipsum terrae centrum motus omnesque apparentias quam rectissime transferamus.

Quare et in quinque planetis eccentricum illum intelligi oportet, cuius centrum extra centrum Orbis Magni est.

Verum ut rectius intelligatur novarum hypothesium constituendarum ratio, omnia denique perspicua magis magisque in aperto sint, ponamus principio quinque planetarum plana eccentricorum esse in eclipticae plano, et centra deferentium et aequantium circa Orbis Magni centrum, sicut apud Veteres circa terrae centrum. Deinde spatia, quae sunt inter Orbis Magni centrum et puncta seu centra aequantium, in partes quatuor aequales dividantur. Porro cuiuslibet quidem trium superiorum centrum eccentrici in tertiam sectionem ab Orbis Magni centro apogium versus elevetur, ac extensione quartae residuae in eccentrici circumferentia epicyclus describatur, et apparebit fabrica motus proprii cuiuslibet in longitudinem. Si itaque ex D. Praeceptoris mei sententia planeta in huius epicycli circumcurrentis parte superiori in consequentia, in inferiori in antecedentia ita procedat, ut centro epicycli existente in apogio eccentrici ipse planeta in perigio sui epicycli reperiatur, et contra centro epicycli in eccentrici perigaeo morante planeta epicycli apogium obtineat, atque hac motuum similitudine planeta in epicyclo cum centro epicycli in eccentrico pari tempore suas periodos absolvat: clarum est sublatis aequantibus superiorum planetarum diversitatem motus respectu centri Orbis Magni regularem esse et ex aequalibus componi. Epicyclus namque tali ratione assumptus in munus aequantis succedit, et eccentricus super suum centrum, ac planeta in epicyclo ad centrum epicycli, cui inhaeret, aequali tempore aequales designat angulos.

Veneris autem motus sic constabit. Reiecto deferente, cuius vicem Orbis Magnus supplet, circa tertiam sectionem extensione quartae residuae describatur parvus circulus. Deinde centrum epicycli Veneris, qui hic eccentricus eccentrici, eccentricus secundus et mobilis vocabitur, in circumferentia dicti parvi circuli tali moveatur lege, ut quoties terrae centrum in absidum lineam inciderit,

ipsum centrum eccentrici in puncto parvi circuli centro orbis magni proximo existat; terra autem media suo in orbe inter utramque absida ipsum centrum eccentrici Veneris in puncto parvi circuli a centro Orbis Magni remotissimo subsistat, atque ad easdem partes in signorum consequentiam, quemadmodum et terra moveatur, duas tamen, ut ex his sequitur, revolutiones in una terrae circuitione peragens.

Sed Mercurii motuum ratio in genere quidem cum Veneris theoria convenit, recepto insuper epicyclo. cuius diametrum per librationem describat propter diversitatem reliquam. Caeterum ut se ad terrae motum accomodet, recipit quantitatem eius, quae ex centro deferentis mobilis 3573, eccentricitatem autem deferentis primi 736 partium, quantitatem eius, quae ex centro parvi circuli, mobile deferentis centrum continens 211 partium, atque diametrum dicti epicycli 380 partium, qualium ea, quae ex centro Orbis Magni ad centrum terrae est, 10,000. In motu autem talem legem sortitur, ut centrum eccentrici mobilis contra ac in Venere contingebat, longissime ab Orbis Magni centro distet, terra in absidum linea planetae existente, et ad maximam propinquitatem accedat, terra ab absidibus planetae per quadrantem remota. Epicyclum, ut patet, fixum habebit, cuius diametrum respicientem centrum deferentis mobilis ipse planeta motu librationis reptando in lineam rectam describit, hac lege servata, ut, cum centrum eccentrici mobilis in maxima a centro Orbis Magni distantia fuerit, planeta perigium sui epicycli teneat, quod est inferior terminus diametri, quam describit. Vice versa reliquum terminum, qui apogium dici poterat, cum idem centrum eccentrici mobilis proximum centro orbis magni fuerit.

Motus autem absidum planetarum, quemadmodum et alia quaedam, alteri etiam reservantur Narrationi.*

* Vgl. oben S. 285 Anmerkung.

Haec est tota fere hypothesium ratio ad omnem propriam diversitatem motus planetarum secundum longitudinem salvandam. Quapropter, si oculus noster in centro Orbis Magni existeret, radii visuales ex eo per planetas, ceu lineae verorum motuum, in stellarum sphaeram eiectae a planetis non aliter in ecliptica circumducerentur, quam dictorum circulorum et motuum rationes exigerent, ut proprias eorum diversitates motuum in zodiaco ostenderent. Verum quia nos terrae incolae ex ea coelestium apparentes motus contemplamur, ad eius centrum tanquam ad basim intimumque domicilii nostri omnes motus apparentiasque referimus, eductis ex eo per planetas lineis, veluti oculo ex Orbis Magni centro in terrae centrum translato; omnium inde, ut a nobis quidem videntur, τῶν φαινομένων diversitates ratiocinandas esse patet. Veras autem et proprias diversitates motus planetarum, si esset animus colligere, id per lineas ex centro Orbis Magni, ut dictum, exeuntes efficiendum fore.

Verumtamen quo expeditius nos ex iis, quae porro restant enumeranda, ἐν τοῖς φαινομένοις planetarum explicemus, totaque tractatio facilior et suavior existat, concipiantur sane animo non tantum lineae verorum apparentium motuum ex centro terrae per planetas in eclipticam procedentes, sed etiam ex centro Orbis Magni, ideoque proprie diversitatis motus lineae dictae.

Incedente itaque terra motu Orbis Magni, ubi eo perventum fuerit, ut ipsa in eadem linea recta inter Solem et aliquem ex tribus superioribus planetis interponatur, planeta quidem vespertino ortu oriri videbitur; et quia terra sic sita ipsi quam proxima est, Veteres posuerunt planetam esse terrae proximum et circa epicycli sui perigium. Sole autem appropinquante ad lineam veri et apparentis loci planetae, quod fit terra perveniente ad oppositum iam dicti loci, planeta vespertino occasu disparere incipit maximeque a terra elongari, quoad linea veri loci planetae etiam per centrum Solis transeat, atque Sole inter planetam et terram interveniente planeta occultetur, a qua deinde occultatione

propter perpetuum terrae motum. quia linea veri loci Solis a linea veri loci planetae discedit, planeta iterum matutino ortu, ubi, quantum arcus visionis requirit, iustam a Sole distantiam nactus fuerit, oriri conspicietur.

Porro quoniam Orbis Magnus in horum trium planetarum hypothesibus munere epicycli a Veteribus cuilibet planetarum attributi fungitur, in diametro Orbis Magni ad planetam usque continuata apogium perigiumque planetae verum respectu Orbis Magni reperietur. Apogium autem et perigium medium in diametro Orbis Magni, quae lineae ex centro eccentrici in centrum epicycli protractae, aequidistanter moventur; et cum terra in medietate versus planetam ipsi planetae appropinquet, in reliqua et opposita removeatur, illic quidem extremitates diametrorum Orbis Magni perigia referent, hic vero apogia, cum illa medietas in locum inferioris epicycli partis succedat, haec autem superioris.

Fac esse haud longe a Solis et planetae coniunctione: sit terrae centrum in planetae apogii loco vero, respectu scilicet Orbis Magni, ipsaque linea propriae diversitatis cum apparentis loci linea planetae coincidat. Ab hoc autem loco terra suo motu procedente, lineae propriae diversitatis et linea veri loci planetae sese in corpore planetae intersecare incipient; altera regulari suo motu diverso in signorum consequentiam perget, altera vero ab eadem sese reflectens referet nobis planetam velocius in ecliptica incedere, quam revera motu proprio procedat. Verum terra perveniente ad portionem Orbis Magni planetae propriorem, haec e vestigio in antecedentia sese convertit, ut apparens planetae progressus nobis subinde tardior videatur. Amplius, quia terra versus planetam ascendit, ipsa veri motus Solis linea a planeta promovebitur, ac planeta ad nos accedere veluti de parte superiori descendens aestimabitur. Tam diu autem planeta directus videbitur, quousque terrae centrum ad eum, Orbis Magni ad planetae situm pervenerit, ubi angulus diurnus reflexionis lineae veri loci planetae in antecedentia aequalis existat angulo diurno propriae

diversitatis in consequentia. Ibi namque duobus se perimentibus motibus planeta statione prima per aliquot dies pro ratione Orbis Magni ad eccentricum planetae propositi ipsiusque planetae in suo orbe situm propriaque motus sui velocitate stare apparebit. Porro ab hoc item loco terra propiore facta planetae fit, ut planetam regredi et in antecedentia moveri credamus, ipsa quippe reflexione notabiliter proprium planetae motum superante, idque eo usque, quo terra perigium verum planetae respectu orbis magni contingat, ubi planeta in medio repedationis loco oppositioni Solis terraeque proximus consistet. Quo in situ Mars repertus praeter communem ratione Orbis Magni reflexionem seu diversitatem aspectus et aliam insuper (propter perceptibilem quantitatem eius, quae ex centro terrae ad ipsius distantiam) aspectus diversitatem admittit, quemadmodum diligens testabitur observatio.*

---

* Mästlin liess in einer Anmerkung zu obiger Stelle des »Encomium« ein Schreiben Tycho Brahe's an Peucer aus dem Jahre 1588 abdrucken, in dem er seiner Freude Ausdruck giebt, dass jener »excellentissimus nobilis Mathematicus« dem von Rheticus mitgetheilten Gedanken des Copernicus seine Zustimmung ausspricht. »*Constitui periculum facere* — schreibt Tycho Brahe — *quaenam earum, quae hactenus inventae erant, hypothesium (Ptolemaicarum vel a Copernico traditarum) veritati propius accederet. Idque per Martis potissimum stellam me expiscari posse confidebam. Si enim nobis propius accederet quam ipse Sol, Copernicanam speculationem praevalere; sin minus, cum Ptolemaica potius standum arbitrabar . . . . . Habitis igitur tunc pluribus accuratius observationibus tam circa ortum quam occasum eiusque per meridianum transitum, deprehendi, Martem maiorem causari parallaxin quam ipsum Solem, ideoque etiam terris propinquiorem, cum acronychus est, fieri, astipulante una motu ipsius diurno, cum Copernicanis potius numeris consentiente, eo quod paulo celerius certo dierum intervallo in antecedentia repedaret quam Alphonsinorum concederet a Ptolemaeo deducta ratiocinatio, idque ob minorem a terris distantiam, quae motum paulo intentiorem apparere efficiebat . . . . ita quod Ptolemaicis hypothesibus haec omnia minime congruerent, impellebar, ut postmodum magis magisque Copernicanae inventioni fidem attribuerem.*«

In der zweiten Ausgabe des »Mysterium cosmographicum« Kepler's (Frankfurt 1621) fügt Mästlin dem Abdrucke des Brahe'schen Briefes eine »Additio altera« hinzu, in welcher er erklärt, seine Freude über den Inhalt

Postremo, ut terra ab hac centrali cum planeta, ut ita dicam, coniunctione in consequentia removebitur, ipsa reflexio in antecedentia eadem ratione, qua ante creverat, minuetur, donec facta denuo motuum compensatione planeta statione secunda stationarius fiat. Postea proprio planetae motu superante reflexionem terra procedente dirigatur, quo tandem in directionis loco medio planeta appareat, terra iterum apogium planetae verum, unde eam deduximus, obtineat omnesque iam dictas apparentias ordine in singulis planetis nobis introducat.

Atque haec est prima Orbis Magni in contemplatione motuum planetarum utilitas, qua a tribus magnis epicyclis in Saturno, Jove et Marte liberamur. Quod autem Veteres argumentum planetae dixerunt, hoc D. Praeceptor motum commutationis planetae vocat, quia per eum apparentias ratione motus terrae in Orbe Magno contingentes ratiocinamur, quas nihil aliud esse constat respectu Orbis Magni, quam parallaxes Lunae propter habitudinem eius, quae ex centro terrae ad eiusdem orbes Cuiuslibet autem planetae centri epicycli motus a terrae motu aequali, qui et Solis motus medius est, subtractus commutationis motum aequalem relinquit et numeratur ab apogio medio, a quo et terra aequaliter elongatur, unde et in promptu cuiuslibet verus et apparens planetae motus in ecliptica ex D. Praeceptoris tabulis posthaphaeresium planetarum habetur.

Alteram porro Orbis Magni utilitatem partem, haud illa leviorem, in Veneris et Mercurii theoria nanciscemur. Cum nam-

---

desselben theilweise zurücknehmen zu müssen. Kepler habe nach dem Tode Brahe's dessen Manuskripte eingesehen und gefunden, dass Brahe's Schlüsse auf falschen Beobachtungen beruhten: »Vidit, quod Tychonis ministri, quorum opera in observationibus et ad calculum utebatur, nescio quo praeiudicio, et sese et Tychonem deceperint .... Quare et mihi ista mea gratulatio concidit et haec de parallaxibus Martis opinio revocanda est. Interim tamen ipsi veritati primariaeque quaestioni, quod scilicet Mars Terrae aliquando propior fiat quam Sol, nihil detrahitur«.

que nos hos duos planetas ex terra tanquam e specula observemus, etsi ipsi non aliter atque Sol fixi manerent, tamen nos, quia per Orbis Magni motum circa eos circumducimur, nihilominus ipsos planetas, ut Solem, suis motibus zodiacum peragrare putaremus. Et quia observationes testantur Venerem et Mercurium in suis orbibus etiam propriis moveri motibus, praeter Solis motum medium, quo in succedentia feruntur, et aliae quoque in eis apparentiae per accidens ratione Orbis Magni conspicientur. Principio enim orbes eorum epicyclos putabimus, qui tamquam propriis deferentibus cum Sole aequalibus passibus zodiacum conficiant. Sic terra existente ad perigium primorum deferentium, toti ipsorum orbes in eccentrici apogio existimabuntur, et contra ad apogium orbes in perigio. Praeterea quemadmodum planetis superioribus apogia et perigia per respectum ad planetas ipso in Orbe Magno determinantur, ita e converso in Veneris et Mercurii orbibus respectu centri terrae, ubicunque fuerit, signantur, et pro motu terrae annuo per omnia deferentium loca pertrahuntur. Termini diametri deferentis mobilis, quae lineae medii motus Solis, scilicet quae ex centro Orbis Magni in terrae centrum, aequidistanter moventur, sunt absides mediae. Absides, quae in parte deferentis mobilis opposita terrae summae, quae in propiore infimae haud iniuria vocabuntur.

Sic autem motus terrae annuus quiesceret, cum Venus in novem mensibus* suam revolutionem, ut supra dictum, peragat, et Mercurius quasi in tribus, quilibet in suo temporis spatio bis nobis e terra cum Sole coniungi, bis stationarius, bisque extremos limites in deferentium curraturis contingere, semel autem matutinus, vespertinus, retrogradus, directus, apogaeus et perigaeus

---

* Hier hat Mästlin — während er an andern Stellen willkürliche Textes-Verbesserungen vorgenommen hat — ganz zweckgemäss die Angabe von Rheticus stehen lassen, wonach die Venus die Sonne in neun Monaten umkreise. Coppernicus war wirklich der Meinung, dass der Umlauf der Venus neun Erden-Monate betrage: »Quinto loco Venus nono mense reducitur«. (de rev. orb. cael. I, 10).

appareret. Porro oculo in Orbis Magni centro proprii saltem motus diversi Veneris et Mercurii, quemadmodum et reliquorum, sese offerent, nempe totum zodiacum suis motibus peragrantes fierent ad Solem oppositi, reliquisque cum intueri σχηματισμοῖς cernerentur.

Verum enimvero, cum neque ex centro Orbis Magni stellarum motus contemplemur, neque terra motu annuo quiescat, satis perspicuum erit, quare eaedem apparentiae nobis terram inhabitantibus tanta varietate appareant. Venus et Mercurius terrae praesaltant pro suorum orbium magnitudine motu velociore, ipsa terra motu suo annuo eos insequitur. Quare Venus ad terram in XVI fere mensibus, Mercurius in quatuor revertitur, atque in hoc temporis spatio omnes apparentias, quas Deus ex terris conspici voluit, nobis ostendere repetunt. Lineae propriarum diversitatum motus regulariter incedant, super centro Orbis Magni suas revolutiones in tempore sibi a Deo praefinito conficientes. Lineae autem verorum locorum, quae et ex centro terrae per Venerem et Mercurium traiectae, longe aliter circumducuntur, tum quia a puncto extra illorum orbes educuntur, tum quia illud ipsum punctum est mobile. Nos putamus Venerem et Mercurium in suis orbibus eo motu procedere, quo Veteres in epicyclo eos moveri statuerunt; cum tamen ille motus superatio tantum sit, qua velocior planeta terrae motum seu Solis medium excedit, hanc superationem vocat D. Praeceptor commutationis motum, iisdem plane de causis, quibus in tribus superioribus. Fit itaque ut omnes Veneris et Mercurii apparentiae, quae etiam ex terra fixa apparuissent, propter terrae motum tardius revertantur, utque eaedem in omnibus suorum deferentium partibus et eclipticae locis contingant, quo omnimodo eorum motus deprehenderentur. Nequaquam enim terra sub Cancro fixa Ptolemaeus deprehendisset Mercurium brevissimas a Sole circa Libram evagationes et Venerem circa Taurum habere. Ubicunque autem terra suo in orbe magno fuerit, et Venus aut Mercurius in lateribus sui deferentis deprehensus maxime a Sole nobis distare videbitur. Eductis

vero ex centro terrae lineis contingentibus utrinque Veneris et Mercurii deferentes in superiori portione ad terram relatione facta in signorum consequentiam ferentur, in inferiori et terrae proxima contra, ubi et stare retrocedereque ad sensum videntur, cum nempe linea veri loci planetae aequalem angulum diurnum super terrae centro efficit in antecedentia angulo medii motus, qui et terrae, in consequentia vel maiorem etc. Ex his itaque manifestum est, quare Venus et Mercurius circa Solem involvi conspiciantur.

Caeterum Sole quoque clarius est, orbem terram deferentem vere Magnum appellari. Si enim Imperatores propter res feliciter bello gestas aut gentes devictas Magnorum accepere cognomenta, dignus certe et hic orbis erat, cui augustissimum attribueretur nomen, cum ipse quasi solus legum coelestis politiae participes nos faciat omnesque errores motuum emendet, eumque in gradum suum pulcherimam hanc philosophiae partem reponat. Ideo autem est dictus Orbis Magnus, quia tam ad superiorum planetarum orbes, quam ad inferiorum magnitudinem notabilem habet, quae praecipuarum apparentiarum sit occasio.

Quomodo planetae ab ecliptica discedere appareant.

Porro in latitudinibus planetarum primum est videre, quam recte deferenti centrum terrae Magni nomen tribuatur, quod eo insuper maiorem admirationem meretur, quo Veterum hac de re praecepta perplexiora obscurioraque esse constat. Motus planetarum in longitudinem egregia quidem testimonia perhibent, quod terrae centrum orbem, quem dicimus Magnum, describat; in latitudinibus autem planetarum eius utilitates, ceu in illustri quodam loco positae, magis sunt conspicuae, cum ipse nusquam ab eclipticae plano discedens praecipua tamen causa omnis diversitatis apparentiarum in latitudinem existat. Tu vero, doctissime D. Schonere, ideo summo amore orbem hunc prosequendum et

amplectendum vides. quod totam motus in latitudinem doctrinam tam breviter tamque dilucide omnibus propositis causis ob oculos ponat.

Sint primo trium superiorum deferentes ex Ptolemaei sententia ad eclipticam inclinati, quorum apogia septentrionem versus, perigia autem ad meridiem reperiantur, utque sic ipsi planetae in suis orbibus, quemadmodum Luna in orbe declivi, extra cuius planum non egreditur, circumferantur. Lineae propriae diversitatis, Dracones planetarum, ut vulgo vocant, deferentium ad ecliptica planum * habitudines et intersectiones ad planetarum motus designabunt, lineae autem verorum locorum, praedictas lineas in centris planetarum intersecantes, pro centro terrae in Orbe Magno situ ad planetam, et ipsius planetae in suo orbe declivi vera planetarum loca propriora et remotiora ad lineam,** quae per signorum medium, referent pro angulorum habitudine, quos ad ecliptica planum constituunt, quemadmodum mathematica ratio exposcit. Quam ob causam planeta in quacunque sui deferentis et epicycli in circulo declivi portione morante, et centro terrae existente in remotiori a planeta Orbis Magni medietate, quam Veteres superiorem epicycli partem dixere, latitudines apparentes minores fieri oportere angulo inclinationis deferentis ad planum ecliptica clarum est, quia in tali centri terrae situ ad planetam angulus apparentis latitudinis acutior est angulo inclinationis, interior videlicet exteriori et opposito. Porro centro terrae perveniente ad propiorem medietatem Orbis Magni ad planetam, contra latitudo apparens maior angulo inclinationis,

* Der Text der editio princeps ist hier ganz verderbt: ». . . deferentium ad ecliptica habitudines et intersectiones«. Mästlin hat zwischen die Worte »ecliptica« und »habitudines« noch »planum« eingeschoben; die Thorner Ausgabe verändert »ecliptica« in »eclipticam«.

** Die Lesart der editio princeps »eam« hat Mästlin, um den Satz deutlicher zu machen, in »lineam« verändert; diese Aenderung ist in den Text übernommen.

iisdem plane de causis. et contra conspicitur, quippe qui ante exterior et oppositus, iam interior. Atque haec est causa, quamobrem Veteres putaverint, centro epicycli extra nodos consistente, superiorem epicycli partem semper inter deferentis et eclipticae planum existere, reliquam autem medietatem ad eam partem vergere, ad quam medietas deferentis a centro epicycli occupata inclinaret, diametrum vero transeuntem per longitudines medias epicycli aequidistanter eclipticae plano incedere et epicyclo in nodis planetam latitudinem nullam habere in quacunque epicycli sui parte, quod in his hypothesibus verificatur. planeta in aliquo nodorum morante, et terra quacunque in parte orbis magni reperta. Si angulus superficiei epicycli ad suum deferentem in Veterum hypothesibus aequalis perpetuo angulo inclinationis plani deferentis et eclipticae fuisset repertus, hoc est, si epicycli planum semper in aequidistantia eclipticae fuisset deprehensum, praedicta latitudinum ratio sufficeret. Verum cum huius diversum observationes geometricae examinatae inferant. ut est videre apud Ptolemaeum libro ultimo τῆς μεγάλης συντάξεως, ponit D. Praeceptor per motum librationum angulum inclinationis deferentis ad eclipticam certa ratione augeri et minui, respectu nimirum motus planetae medii in circulo declivi et ipsius terrae in Orbe Magno. Quod fiet, si in una motus commutationis periodo diameter, per quam fit libratio. bis ab extremis limitibus circuli declivis describatur. idque tali conditione observata, ut planeta existente in ortu vespertino angulus inclinationis sit maximus. quare et latitudinis quoque apparentis* maior, in ortu vero matutino minimus, unde et ipsa apparens latitudo, ut conveniebat, minor existat.

Veneris autem et Mercurii apparentiae in latitudinem, unica deviatione excepta, speculationis facilitate superiorum planetarum

* Die in den Text aufgenommene Lesart der editio princeps hat Mästlin in »latitudo maior« verändert.

theorias superant. Sed Veneris latitudines primo perpendamus. Intra Orbem Magnum primum Veneris sphaera occurrit. Ponit itaque D. Praeceptor planum, in quo Venus movetur, ab eclipticae seu Orbis Magni plano declinare super diametro per absidas proprias deferentis primi, ita ut orientalis medietas a plana eclipticae superficie in septentrionem elevetur ad inclinationis angulum, quem in Ptolemaei hypothesibus epicycli planum cum deferentis plano contineret, occidentalis autem medietas ad meridiem. Per orientalem vero medietatem intelligenda ea, quae est a loco summae absidis in consequentia etc. Sola hac et simplici hypothesi omnes declinationum et reflexionum regulas cum causis ex loci terrae ad planetae planum habitudine facile erit pervidere. Cum namque per terrae motum annuum ad oppositas partes summae absidis deferentis primi pervenerimus, ubi Veneris orbem tanquam epicyclum et in apogio sui deferentis existere putamus, tunc planum, in quo defertur Venus, nobis ab eclipticae plano reflexum videbitur, nam illud nos in tali situ per transversum aspicimus. Et quia idem planum ex inferiori loco intuemur, quae ad septentrionem prominet, pars nobis oculos meridiei obvertentibus erit sinistra, reliqua vero ad meridiem dextra. Procedente autem terra sursum versus planetae absidem summam, orbis Veneris a sui eccentrici apogio descendere creditur, ipsumque adeo planum deferentis Venerem inclinatum tanquam ex loco altiore despicere incipimus. Quare reflexio successive in declinationem mutatur, ut per quadrantem a priori loco distante, ubicunque planeta in elevatis partibus conspiciatur, declinationem solum ab ecliptica habeat. In tali situ, cum nos terrae adhaerentes simus, in opposito medietatis deferentis, quae est a summa abside in consequentia et ab eclipticae plano in septentrionem elevata, dixerunt Veteres epicyclum Veneris in descendente nodo esse, et apogium epicycli ad septentrionem maxime declinare, perigium vero ad meridiem. Porro evehente nos sublimes terra motu suo annuo versus locum summae absidis Veneris, orbis eius, ceu epicyclus,

infimam absidem sui deferentis appetere videbitur, et planum epicycli (nobis planum, in quo Veneris stella) quod ante inclinatum nobis erat ad planum eclipticae, iterum sese ad nos reflectere apparebit, et septentrionalis medietas deferentis extra planum eclipticae prominens dextrum fiet, quia orbem Veneris desuper aspicimus. Ubi autem ad locum summae absidis Veneris centrum terrae pervenerit, nulla declinatio et sola reflexio conspicietur, atqui Veneris orbis in infima deferentis sui de Veterum sententia esse abside creditur. Atque hic est τῶν φαινομένων ordo, dum centrum terrae semicirculationem complet, a loco infimae absidis Veneris in consequentiam signorum ad locum summae absidis Veneris ascendens. Eadem autem ratione descendente terra reflexio ad nostrum aspectum paulatim in declinationem mutabitur, et quia medietas plani deferentis a summa abside in antecedentia nobis tali incessu terrae fit opposita, apogium deferentis Veneris in meridiem a plano eclipticae declinare incipit, donec terra in nonagesimo gradu a loco absidis constituta utraque medietas ad eclipticae planum declinata conspiciatur, orbisque, ceu epicyclus, Veneris in nodo ascendente ad summam absidem putetur; a quo loco terra recedente declinatio iterum in reflexionem commutetur, ac consecuta locum infimae absidis Veneris easdem apparentias latitudinum in Venere terra iterum producere incipiat. Ex quibus patet, terra ad lineam absidum Veneris posita, planum deferentis planetam reflexum apparere, in quadrantibus vero ab his declinatum, in locis autem intermediis mixtas latitudines conspici.

Cum autem praeter has latitudines, quas Veteres epicyclo Veneris tribuerunt, et alia a Veteribus deviatio, a Ptolemaeo τῶν ἐκκέντρων κυκλῶν ἡ ἔγκλισις dicta, se his permisceat (ac eandem per deferentis centrum epicycli Veneris, qui iam sublatus est, demonstrarunt) aliam et cum observationibus magis consonam D. Praeceptor rationem ineundam iudicavit. Hanc autem rationem D. Doctoris, Praeceptoris mei, deviationem salvandi, ut facilius quoque haud secus ac reliqua usque proposita assequamur,

constituamus planum, cuius mox meminimus, esse medium planum ac ideo fixum, a quo verum iam huc iam illuc certa evagetur ratione. At quia omnes motus polorum respectu minori labore ac dispendio percipiuntur, principio tenendum, alterum polorum plani medii in septentrionem a plano eclipticae ad inclinationis anguli quantitatem elevari, alterum autem ex opposito tantundem in meridiem deprimi, et quae de septentrionali polo aut iis, quae circa hunc fieri ostensuri sumus, simili ratione, ratione nimirum oppositionis habita de meridionali intelligi oportere. Proinde circa septentrionalem plani medii polum assumamus esse circulum mobilem, cuius ea, quae ex centro, maximis obliquitatibus plani medii a plano vero correspondeat, ipse autem polus septentrionalis plani veri per librationis motum dicti circuli diametrum describat. Porro circulus mobilis insequatur planetae motum, ut Venus suo motu incedens relinquat duarum quamlibet se insequentium intersectionem, idque hac lege, ut anno exacto ad relictam denique revertatur. Ducto vero circulo magno per utriusque plani polos, ad huius communi cum plano vero intersectione utrinque 90 gradibus numeratis, cum poli plani, veri et medii scilicet differunt, nodi seu intersectiones dictae determinantur. Interim autem, dum Veneris ad alterutrum nodorum periodus completur, a polo plani veri per librationis motum dicti circuli mobilis diameter bis describatur. Haec autem ita fiant, quo planetam cum terrae centro tale pactum iniisse appareat, ut, quoties terra ad deferentis absidas fuerit, Venus ubicunque in deferente vero maxime in septentrionem a plano medio deviet, hoc est, maxime extra viam mediam consistat. Praeterea terra per quadrantem ab absidibus deferentis distante, ipse planeta cum toto suo plano vero in medii deferentis plano iaceat. Sed terra reliqua loca intermedia peragrante, ipse quoque in deviationibus intermediis suum cursum teneat. Hoc terrae et planetae pactum ut esset perpetuum, ordinavit Deus, ut primus librationis circellus, ut ita dicam, eodem tempore semel revolveretur, quo una

Veneris ad alterutrum mobilium nodorum fieret reversio. Haec ut exemplo illustriora fiant, si in aliquo deviationis motus principio polus septentrionalis plani veri a polo plani medii adiacentis maxime meridionalis fuerit, ac Venus tantum in maximo deviationis limite, qui est septentrionalis, exstiterit, terrae quoque centro in aliqua absidum Veneris commorante, in quarta anni parte terra motu annuo ad locum inter absidas medium veniet, et eodem tempore planeta ad suam intersectionem seu nodum mobilem. Et quia motus librationis commensuratur cum motu planetae ad nodos seu intersectiones, primus librationis circellus quadrantem quoque conficiet, et per reliquum circellum, qui altero est velocior duplo, polus plani veri sub polum plani medii constituetur, quare et ambo plana coniungentur. Recedente autem planeta ab hoc nodo, terra procedet ad alteram absida eccentrici primi, et polus plani veri per librationem a polo plani medii ad septentrionem promovebitur. Sic fiet, ut, etsi Venus meridiana sit, quemadmodum in nostro exemplo, tamen latitudo meridiana minuatur: si septentrionalis, eadem crescat. Eo loci autem ubi perventum fuerit, polus plani veri librationis motu maximum ad septentrionalem limitem attinget, et planeta motu suo annuo ad nodos in medio inter utramque intersectionem maximam iterum in septentrionem deviationem habebit. Apparet itaque motum circuli assumpti hunc habere usum, ut in anno Veneris ad nodos fiat revolutio, semperque terra collocata in absidum linea, planeta ubicunque in suo plano vero fuerit, maximam a plano medio deviationem habeat, et in medio inter utramque absida terra constituta sit in nodis. Porro librationis motu fieri, ut Venere in aliquo nodorum existente ambo plana coniungantur, et illa pars plani veri, quam ingreditur, ad septentrionem semper a medio discedat, quo, prout convenit, latitudo haec perpetuo borealis maneat.

Quemadmodum autem Veneris planum, quod medium appellare placuit, in absidum eccentrici primi linea ab ecliptica intersecatur, et eius plani medietas a summa abside in consequentia

ad septentrionem prominet, reliqua oppositionis lege in meridiem vergente. Ita in Mercurio simili ratione est planum medium, quod super suarum absidum linea, ut par erat, ab eclipticae plano utrinque inclinatur, ut viceversa medietas plani medii a summa abside in antecedentia septentrionalis sit. Quare in centri terrae annua revolutione declinationes et reflexiones in Mercurio permutatae ad' Veneris scilicet deprehendentur. Verum haec varietas, ut eo conspicua magis foret, disposuit Deus et deviationem plani veri Mercurii a medio, ut ea medietas perpetuo, quam ingreditur, a plano medio ad meridiem discederet, et terra ad absidas ipsas consistente cum suo plano vero in medio plano iaceret: quo fit denique, ut in latitudinem praeter dictas differentias a Venere nullas habeat, nisi quod haec quoque deviatio maior in Mercurio est quam in Venere, veluti etiam inclinationis angulum maiorem habet. Caeterum reliquae latitudinum Mercurii varietates facillime non aliter atque in Venere colligentur.

Pars superat coepti, pars est exhausta laboris,
Hic teneat nostras ancora iacta rates;

ut primam hanc Narrationem nostram poetae verbis finiam.

Alteram autem mei promissi partem, quamprimum iusto adhibito studio totum D. Praeceptoris mei Opus evolvero, colligere incipiam. Eo vero gratiorem tibi utramque fore spero, quo clarius artificum propositis observationibus ita D. Praeceptoris mei hypotheses τοῖς φαινομένοις consentire videbis, ut etiam inter se tanquam bona definitio cum definito converti possint.

Clarissime et doctissime D. Schonere ac tanquam pater mihi semper colende, reliquum nunc iam est, ut hanc meam operam qualemcunque aequi bonique consulas. Nam quamquam non nesciam, quid humeri me ferre possint, quidve ferre recusent, tamen tuus in me singularis et, ut sic dicam, paternus amor fecit, ut omnino non formidarim hoc coelum subire, et quoad eius quidem fieri potuit, omnia ad te referre. Quod Deus Opt.

Max. bene vertere dignetur. deprecor, mihique aspiret. ut iusto tramite ad propositum finem, laborem coeptum perducere queam. Si quippiam autem ardore quodam iuvenili (qui quidem semper, ut ille inquit, magno magis quam utili spiritu sumus praediti) dictum sit, aut per imprudentiam exciderit, quod liberius contra venerandam et sanctam vetustatem dictum videri possit, quam fortassis ipsa rerum magnitudo et gravitas postulabat, tu certe, quodque apud me dubium non est, in meliorem accipies partem et potius animum in te meum, quam quid praestiterim, spectabis.

Porro velim te de doctissimo Viro, D. Doctore, meo Praeceptore, hoc statuere, tibique persuasissimum habere, apud eum nihil prius, nec antiquius esse quicquam, quam vestigiis Ptolemaei ut insistat, nec aliter, ac ipse Ptolemaeus fecit, veteres et se antiquiores multo secutus. Dum autem τὰ φαινομένα, quae astronomum regunt, et mathematica se cogere intelligeret, quaedam praeter voluntatem etiam ut assumeret, satis interim esse putavit, si eadem arte in eundem scopum cum Ptolemaeo tela sua dirigeret, etiamsi arcum et tela ex longe alio materiae genere quam ille assumeret. Ac hoc loco illud arripiendum, »δεῖ δ' ἐλευθέριον τῇ γνώμῃ τὸν μέλλοντα φιλοσοφεῖν«.* Caeterum, quod alienum est

---

* Der bezeichnende Spruch, welchen Rheticus zum Motto für seine »Narratio prima« gewählt hat, ist — wie bei dessen Wiederholung hier nachträglich bemerkt wird — aus des Alcinous »Isagoge in Platonis dogmata« entnommen.

Den Gedanken, welchem Rheticus durch das Wort des Alcinous Ausdruck gegeben, hat Kepler in lateinischer Formulirung ausgesprochen. (Kepleri opp. ed. Frisch VI, 669). Humboldt hat dies charakteristische Urtheil Kepler's über Coppernicus mit Recht in seinen Kosmos aufgenommen und demselben dadurch eine weitere Verbreitung verschafft. »Der Gründer unseres jetzigen Weltsystems«, sagt Humboldt (a. a. O. II, 346), »war durch seinen Muth und die Zuversicht, mit welcher er auftrat, fast noch ausgezeichneter als durch sein Wissen. Er verdiente in hohem Grade das schöne Lob, das ihm Kepler giebt, wenn er ihn in der Einleitung zu den Rudol-

ab ingenio boni cuiuslibet, maxime vero a natura philosophica, ab eo ut qui maxime abhorret D. Praeceptor meus, tantum abest, ut sibi a Veterum recte* philosophantium sententiis nisi magnis de causis ac rebus ipsis efflagitantibus studio quodam novitatis temere discedendum putavit. Alia est aetas, alia morum gravitas doctrinaeque excellentia, alia denique ingenii celsitudo animique magnitudo. quam ut tale quid in eum cadere queat, quod quidem est vel aetatis iuvenilis, vel τῶν μέγα φρονούντων ἐπὶ θεωρίᾳ μικρᾷ, ut Aristoteles utar verbis, vel ardentium ingeniorum, quae a quolibet vento suisque affectibus moventur ac reguntur, ut etiam, ceu κυβερνητῇ excusso, quodvis obvium sibi arripiant et acerrime propugnent. Verum vincat veritas, vincat virtus, suusque honos perpetuo habeatur artibus, et quilibet bonus suae artis artifex in lucem, quod prosit, proferat, atque in hunc tueatur modum, ut veritatem quaesivisse videatur! Neque vero D. Praeceptor bonorum et doctorum virorum iudicia unquam abhorrebit, quae subire ultro cogitat!

---

phinischen Tafeln »den Mann freien Geistes« nennt: »Copernicus vir fuit maximo ingenio et, quod in hoc exercitio« (d. i. in der Bekämpfung der Vorurtheile) »magni momenti est, animo liber«.

* Das in den Text aufgenommene »recte«, welches die Editio princeps hat, ist von Mästlin und allen späteren Herausgebern weggelassen.

II. Borussiae Encomium.*

Pindarus in illa oda, quae literis aureis in templo Minervae consecrata fertur, celebrans Diagoram Rhodium pugilem, victorem Olympicum, ait patriam eius Veneris esse filiam et Solis plurimum adamatam coniugem. Deinde Jovem ibi multum pluisse auri, idque propterea, quod suam Minervam colerent: quare et

* Eine Uebersetzung des »Encomium Borussiae« ist im ersten Bande Thl. 2, S. 448 ff. abgedruckt. Allein wegen der Bedeutung, welche diese »Lobschrift auf Preussen« für die Biographie von Coppernicus hat, darf auch das lateinische Original in der vorliegenden Urkunden-Sammlung nicht fehlen. Die Schrift ist überdies sehr selten; sie findet sich nur in den beiden ersten Ausgaben der »Narratio Prima« (1540 und 1541) und in dem Anhange zu Kepler's Mysterium cosmographicum. Deshalb hat Hipler — welcher von dem ersten Theile der »Narratio Prima« in seinem »Spicilegium Copernicanum« nur einzelne Auszüge mittheilt, — Recht daran gethan, das »Encomium Borussiae« dort ganz abdrucken zu lassen. Leider hat er jedoch die wunderliche Interpunktion jener Zeit und ebenso die Orthographie der Editio princeps genau festgehalten. — (Der Abdruck, welchen der 2. Band der »Acta Borussica« im Jahre 1731 brachte, ist unvollständig. Es fehlt fast der vierte — und ein sehr wesentlicher — Theil, während die ganze Einleitung vollständig mitgetheilt ist, welche, wenn etwas unterdrückt werden sollte, unbeschadet hätte wegbleiben können.)

Erläuternde Zusätze werden dem nachfolgenden Abdrucke des »Encomium Borussiae« nur in geringer Zahl beigegeben werden. Die nothwendigsten Anmerkungen sind bereits der Uebersetzung im ersten Theile angeschlossen; hier ist nur eine kleine Nachlese erforderlich.

ab ea ipsa sapientiae nomine et ἐγκυκλοπαιδίας, quam impendio colebant, claram redditam.*

Hoc praeclarum Rhodiorum ἐγκώμιον an ulli praeterea regioni hac nostra aetate quam Prussiae (de qua pauca dicere in animo est, quod ea forte tu quoque audire volebas) quis aptius accomodaverit, ego quidem non video. Nec dubito, quin eadem numina gubernantia hanc regionem deprehenderentur, si peritus aliquis astrologus diligenti cura pulcherrimae huius, fertilissimae et felicissimae regionis praesidentes stellas inquireret.** Quemadmodum autem Pindarus ait:

Φαντί ὃ' ανθρώπων παλαιαὶ
Ρήσιες, οὔπω ὅτε
Χθόνα δατέοντο Ζεύς τ' καὶ ἀθάνατοι,
Φανερὰν ἐν πελάγει
Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ,
Ἁλμυροῖς ὃ' ἐν βένθεσιν νᾶσον κεκρύφθαι.

---

* Neben den von Rheticus selbst hervorgehobenen Beziehungen, welche ihn veranlasst haben, in seinem »Encomium Borussiae« von Rhodus den Ausgang zu nehmen, ist nicht zu vergessen, dass Rhodus damals in Aller Munde war. Nicht lange vorher hatten die Ungläubigen diese Insel den Christen entrissen, die letzte ihrer Besitzungen im Morgenlande.

** Die astrologische Sprache von Rheticus hat Beckmann in seiner Uebersetzung des »Encomium Borussiae« (Erml. Zeitschr. III, 6) irrthümlich als einen »Scherz« bezeichnet, wenngleich er das Wort abschwächend hinzufügt, dass Rheticus allerdings mit den bedeutendsten Gelehrten seiner Zeit — Melanchthon der »praeceptor Germaniae« und sein Lehrer Joh. Schoner voran — sich »zu astrologischen Deutungen hingeneigt habe«.

Dass Beckmann sich in dieser Auffassung vollständig geirrt, beweisen die Ausführungen, welche im ersten Bande Thl 2, S. 430 ff. gegeben sind. Rheticus hat an verschiedenen Stellen seiner Schriften — so auffallend dies auch bei dem begeisterten Apostel der Lehre von der Erd-Bewegung erscheint — seine Anhänglichkeit an die Astrologie bekundet, welche er in dem Schreiben d. d. »im Augusto des MDXLI Jars« an Herzog Albrecht von Preussen gerichtet hat, als eine »hochlöbliche Kunst« bezeichnet (vgl. Bd. I, Thl. 2, S. 401).

Die für das Verhältniss des Rheticus zur Astrologie bezeichnendste Stelle findet sich in der »Narratio Prima«; sie ist oben S. 305 mitgetheilt.

Ἀπέοντος δ' οὔτις ἔν —
Δειξεν λάχος Ἀελίου·
Καί ῥά μιν χώρας ἀκλάρω —
Τὸν λιπὸν, ἀγνὸν Θεόν.
Μνασθέντι δέ Ζεὺς ἄμπαλον μέλ —
Λει θέμεν· ἀλλὰ μιν οὐκ
Εἴασεν· ἐπεὶ πολιᾶς
Εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾶν ἔνδον θαλάσσης
Αὐξομέναν πεδόθεν
Πολύβοσκον γαῖαν ἀνθρώ —
Ποισι, καὶ εὔφρονα μήλοις.

Ita olim haud dubie Prussiam pontus habuit; et quod certius quis propriusque signum capiat, quam quod hodie in continente longissime a littore succinum reperiatur? quare et eadem lege, Deorum munere, ut e mari nata Apollini cessit, quam tanquam coniugem suam Rhodum olim nunc adamat. Non potest Sol Prussiam perinde radiis rectis pertingere ac Rhodum? Fateor, sed hoc aliis multis compensat modis, et quod in Rhodo radiorum rectitudine praestat, hoc in Prussia mora sua supra horizontem efficit; deinde succinum Dei peculiare esse donum, quo hanc imprimis regionem ornare voluerit, neminem negaturum puto. Imo si succini nobilitatem et usum, quem in medicinis habet, quis perpenderit, non iniuria Apollini sacrum iudicabit eiusque adeo munus egregium, quo Prussiam coniugem suam tanquam pretiosissimo ornamento magna in copia donet.

Cumque Apollo praeter artem medicinam et μαντικὴν, quas invenit primus et coluit, studio etiam venandi teneatur, videtur hanc regionem prae caeteris omnibus elegisse, et cum longo tempore ante praevideret immanes Turcas Rhodon suam devastaturos, in has partes sedem suam transtulisse atque huc cum Diana sorore commigrasse vero non videtur absimile. In quascunque enim partes oculos vertas, si silvas consideres, vivaria (quae Graecis παράδεισοι sunt) et apiaria ab Apolline consita dices; si

arbusta et campos eorundemque leporaria et ornithones, si lacus, stagna, fontes, Dianae sacra dixeris Deorumque piscinas. Atque adeo Prussiam prae aliis regionibus elegisse apparet, inquam, ceu suum paradisum, praeter cervos, damas, ursos, apros et id genus alias vulgo notas feras, uros etiam, alces, bisontes* etc., quos alibi locorum vix reperire est, inveheret, ut interim silentio praetream plurima et ea rara admodum avium nec non piscium genera.

Proles autem, quam Apollo ex Prussia coniuge suscepit sunt. Regius mons, sedes Illustrissimi Principis, D. Domini Alberti, Ducis Prussiae, Marchionis Brandenburgensis etc., omnium doctorum ac clarorum virorum nostra aetate Maecenatis; Torunna, olim emporio, nunc vero alumno suo. D. Praeceptore meo satis clara; Gedanum, Prussiae metropolis, sapientia et senatus maiestate, opibus et renascentis rei literariae gloria conspicua; Varmia, collegium multorum doctorum et piorum virorum, clara reverendissimo D. Domino Ioanne Dantisco, eloquentissimo et sapientissimo Praesule; Marienburgum, aerarium serenissimi Regis Poloniae; Elbinga, vetus Prussiae domicilium, quae sanctam quoque literarum curam suscipit; Culma, clara literis, et unde ius Culmense originem duxit.

Aedificia vero et munitiones Apollinis regias et aedes diceres, hortos, agros, totamque regionem Veneris delicias, ut non immerito Πόδος dici possit. Porro Prussiam filiam esse Veneris

* Die von Rheticus erwähnten Auerochsen, Elche und »bisontes« (Buckelochsen?) lebten zahlreicher noch am Ende des 16. Jahrhunderts in Preussen, wie ein Schriftsteller jener Zeit, Henneberger, in seinem »Commentar. ad tabul. Geogr.« p. 251 berichtet. Vereinzelt fanden sich Auerochsen und Elche noch hundert Jahre später; von beiden giebt Henneberger in seinem »Alt- und Neuen Preussen« (1684) eine Abbildung, »bisontes« aber existirten zu seiner Zeit nicht mehr. — Gegenwärtig sind die Elenthiere bekanntlich in Europa sehr selten; Auerochsen aber finden sich nur noch im Walde von Bialowicza (in Litthauen).

haud est in obscuro. si vel terrae fertilitatem quis perpenderit, vel venustatem et amoenitatem totius regionis.

Venus fertur orta mari, ita et Prussia eius et Maris filia est: ideoque non tantum eam fertilitatem praebet, ut Holandia et Selandia annona ab ea alantur, sed et quasi horreum sit vicinis regnis, item Angliae et Portugaliae; praeter haec optima quaeque piscium genera et alias res pretiosas, quibus ipsa circumfluit, aliis affatim suppeditat. Caeterum sollicita Venus de iis, quae ad cultum, splendorem, bene ac humaniter vivendum attinebant, neque negante soli natura in his partibus nasci et haberi poterant, mari denique auxiliante effecit, ut commode in Prussiam aliunde invehi possent.

Verum cum haec tibi, doctissime D. Schonere, notiora sunt, quam ut a me prolixius referri debeant, atque ab aliis integris ea de re editis libellis tractentur, uberiore encomio supersedeo. Hoc tantum addam, ut est Prussica gens populosa praesidentis Numinis beneficio, ita quoque est singulari humanitate praedita; praeterea cum omni genere artium Minervam colant, et Jovis ob hoc benignitatem sentiunt. Nam ut non dicam de inferioribus artibus attributis Minervae, ut architectonica et huic cognatis, principio illustrissimus Princeps, deinde omnes praesules proceresque Prussiae, penes quos summa rerum est, ac rerum publicarum gubernatores, ut Heroas decet, summo studio passim renascentes in orbe literas amplectuntur: adeoque et soli et communi consilio alere et propagare student. Quare et Jupiter fulva contracta nebula multum auri pluit, hoc est, ut ego interpretor, quia Jupiter praeesse dicitur imperiis et rebuspublicis, cum Magnates studiorum, sapientiae et Musarum curam suscipiunt, tunc Deus subditorum nec non vicinorum regum, principum ac populorum animos ceu in auream nubem contrahit, ex qua pacem omniaque commoda pacis tanquam guttas aureas destillet, animos tranquillitatis et publicae pacis amantes, civitates bonis legibus constitutas, viros sapientes,

honestam et sanctam liberorum educationem, piam denique ac puram religionis propagationem etc.

Saepius citatur naufragium Aristippi, quod apud Rhodum insulam fecisse cum perhibent, ubi eiectus cum quasdam geometricas in littore figuras conspexisset, iussit socios suos bono esse animo, inclamitans se hominum vestigia videre. Neque eum sua opinio falsum habuit; nam et sibi et suis eruditione, qua pollebat, ab hominibus doctis et amantibus virtutem necessaria ad vitam tolerandam facile parabat.

Ita, ut Dii me ament, doctissime D. Schonere, cum Prutteni sint hospitalissimi, haud adhuc contigit mihi ullius his in partibus magni viri adire aedes, quin aut statim in ipso limine geometricas figuras cernerem, aut illorum animis geometriam sedentem deprehenderem. Quare omnes fere, ut sunt boni viri, studiosos harum artium quibus possunt studiis et officiis prosequuntur, siquidem nunquam vera sapientia et eruditio a bonitate et beneficentia seiuncta est.

At praecipue duorum magnorum virorum erga me studia admirari soleo, cum facile agnoscam, quam mihi sit curta eruditionis supellex, meque meo pede metiar. Alter est autem amplissimus Praesul, cuius sub principium mentionem feci, reverendissimus D. Dominus Tidemannus Gysius, Episcopus Culmensis. Eius autem reverenda Pietas cum chorum virtutum et doctrinae, quemadmodum D. Paulus in Episcopo requirit, sanctissime absolvisset ac intellexisset, non parum momenti ad gloriam Christi adferre, ut iusta temporum series in ecclesia et certa motuum ratio ac doctrina exstaret: D. Doctorem, Praeceptorem meum, cuius studia et doctrinam multis abhinc annis exploratam habebat, ante non destitit adhortari ad hanc provinciam suscipiendam, quam impulit.

D. Praeceptor autem cum natura esset κοινωνικὸς et videret reipublicae quoque literariae motuum emendatione opus esse, facile reverendissimi Praesulis et amici precibus cessit et recepit

tabulas astronomicas cum novis canonibus se compositurum neque, si quis sui esset usus, rempublicam, quod cum alii tum Joannes Angelus fecit, laboribus suis defraudaturum. At quoniam iam olim sibi esset perspectum, observationes suo quodammodo iure tales hypotheses exigere, quae non tam eversurae essent hactenus de motuum et orbium ordine, recte, ut quidem receptum creditumque vulgo, disputata et excussa, quam etiam cum sensibus nostris pugnaturae: iudicabat Alfonsinos potius quam Ptolemaeum imitandum et tabulas cum diligentibus canonibus sine demonstrationibus proponendas. Sic futurum, ut nullam inter philosophos moveret turbam, vulgares mathematici correctum haberent motuum calculum; veros autem artifices, quos aequioribus oculis respexisset Jupiter, ex numeris propositis facile perventuros ad principia et fontes, unde deducta essent omnia. Quemadmodum quoque usque adhuc doctis elaborandum fuit de vera hypothesi motus stellati orbis ex Alfonsinorum doctrina, sic fore ut doctis liquido constarent omnia; neque tamen astronomorum vulgus fraudaretur usu, quem sine scientia solum curat et expetit, atque illud Pythagoreorum observaretur, ita philosophandum, ut doctis et mathematicae initiatis philosophiae penetralia reserantur etc.*

Ibi tum Reverendissimus ostendebat, imperfectum id munus reipublicae futurum, nisi et causas suarum tabularum proponeret, et imitatione Ptolomaei, quo consilio, quave ratione, quibusque nixus fundamentis ac demonstrationibus medios motus et prosthaphaereses inquisierit, radices ad temporum initia confirmaverit, insuper adderet. Ad haec addebat, quantum haec res incommodi

---

* Hier beginnt in dem Abdrucke des »Encomium Borussiae«, welchen die »Acta Borussica« (II, 413 ff) bringen, die grosse Lücke, auf welche bereits oben S. 367 hingewiesen ist. Der Grund ist nicht zu errathen, weshalb dort nicht weniger als 1½ Seite der Editio princeps weggelassen sind; es fehlt der ganze folgende Abschnitt bis zu den Worten: »Caeterum indoctorum, quos Graeci ἀθεωρητοὺς, ἀμούσους, ἀφιλοσόφους καὶ ἀγεωμετρήτους vocant«. (S. 375.)

et quot errores in tabulis Alfonsinis attulisset, cum cogeremur eorum placita assumere ac probare, non aliter quam, ut illi solebant »ἀυτὸς ἔφα«, quod in Mathematis quidem nullum prorsus locum habet.

Porro cum haec principia et hypotheses tanquam ex diametro cum Veterum hypothesibus pugnent, vix inter artifices aliquem futurum, qui olim tabularum principia perspecturus esset eaque, postquam tabulae vires, ut cum veritate consentientes, acquisivissent, in publicum proferret. Non hic locum habere, quod saepius in imperiis ac consiliis et publicis negotiis fit, ut aliquamdiu consilia occultentur, donec subditi fructu percepto spem nequaquam dubiam faciant, fore ut ipsi consilia sint approbaturi.

Quantum autem ad philosophos attinet, prudentiores et doctiores diligentius seriem disputationis Aristotelicae examinaturos et perpensuros, quomodo Aristoteles, postquam pluribus se argumentis immobilitatem terrae demonstrasse credidit, confugiat tandem ad illud argumentum: Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ τὰ παρὰ τῶν μαθηματικῶν λεγόμενα περὶ τὴν ἀστρολογίαν, τὰ γὰρ φαινόμενα συμβαίνει μεταβαλλόντων τῶν σχημάτων, οἷς ὥρισται τῶν ἄστρων ἡ τάξις, ὡς ἐπὶ τοῦ μέσου κειμένης τῆς γῆς. Porro hinc secum constituturos, si haec conclusio praemissis disputationibus non poterit subiici, ne oleum et operam impensam perdamus, potius vera astronomiae ratio assummenda erit. Deinde reliquarum disputationum aptae solutiones indagandae, et recurrendo ad principia diligentia maiore parique studio excutiendum, an sit demonstratum, centrum terrae esse quoque centrum universi; et si terra in orbem Lunae elevaretur, quod terrae partes avulsae non sui globi centrum adpetiturae essent, sed universi, cum tamen omnes ad angulos rectos superficiei globi terrae incidant. Praeterea cum magnetem videamus naturalem motum habere versus septentrionem, item diurnae revolutionis, an motus circulares terrae attributi necessario violenti sint.*

* Die Lesart der editio princeps ist unverständlich und sicherlich verderbt. Sie hat jedoch in den Text aufgenommen werden müssen, weil nur

Amplius utrum possint tres motus, a medio, ad medium, et circa medium, actu separari, et alia, quibus ut fundamentis Timaei et Pythagoreorum placita refellit. Atque haec et huiusmodi secum perpendent, si ad principalem astronomiae finem et ad Dei et naturae potentiam ac industriam respicere voluerint.

Quodsi autem docti ubique acrius et pertinacius suis principiis insistere in animo habuerint decreverintque, monebat D. Praeceptorem, se fortunam meliorem expetere non debere, quam quae Ptolomaei huius disciplinae monarchae fuisset. De quo Averroës, summus alias philosophus, postquam conclusisset epicyclos et eccentricos in rerum natura omnino esse non posse, et Ptolomaeum ignorasse, quare Veteres motus gyrationis posuissent, tandem pronunciat, »Astronomia Ptolomaei nihil est in esse, sed est conveniens computationi non esse«. Caeterum indoctorum, quos Graeci ἀθεωρήτους, ἀμούσους, ἀφιλοσόφους καὶ ἀγεωμετρήτους vocant, clamores pro nihilo habendos, cum neque istorum gratia ullos viri boni labores suscipiant.

His et aliis multis, ut ex amicis rerum omnium consciis comperi, eruditissimus Praesul tandem apud D. Praeceptorem evicit, ut pollicerctur se doctis et posteritati de laboribus suis iudicium permissurum. Quare merito boni viri et studiosi mathematum reverendissimo Domino Culmensi magnas iuxta mecum habebunt gratias, quod hanc operam reipublicae praestiterit.

Quoniam autem munificentissimus Praesul haec studia impendio amat diligenterque colit, habet et armillam aeneam ad observanda

---

durch gewaltsame Aenderungen eine Verbesserung möglich erscheint. Mästlin lässt das »*item*« vor den Worten »*diurnae revolutionis*« einfach wegfallen. Gassendi geht weiter (vita Copernici p. 33); er verändert »*item*« in »*num*«, setzt ferner »*revolutiones*« statt »*revolutionis*« und wandelt »*an*« in »*aliique*«. Bei ihm lautet der Satz sonach: »*. . . num diurnae revolutiones aliique motus circulares attributi necessario violenti sint*«.

aequinoctia, quales duas. sed aliquanto maiores Ptolemaeus Alexandriae fuisse commemorat. ad quas videndas passim ex tota Graecia confluebant eruditi. Curavit etiam sibi vere Principe dignum gnomonem ex Anglia adferri, quem summa animi voluptate vidi. siquidem ab optimo artifice neque rudi mathematices fabricatus est.

Alter vero meorum Maecenatum est spectabilis ac strenuus D. Joannes a Werden, Burgrabius Novensis etc., Consul inclytae civitatis Gedanensis, qui ut ex amicis quibusdam de meis studiis audivit, non dedignatus est. me qualemcunque suis verbis salutare et petere, ut se ante convenirem, quam Prussia excederem. Quod cum D. Praeceptori meo indicarem, ipsi hoc meo nomine tum placuit et virum eum ita mihi depinxit, ut me tanquam ab Achille illo Homeri vocari intelligerem. Nam praeterquam quod in belli pacisque artibus excellit, etiam musicam Musis faventibus colit, qua suavissima harmonia spiritus suos recreet et excitet, ad reipublicae onera subeunda ac perferenda dignus, quem Deus Opt. Max. fecerit »ποίμενα λαῶν«. Et beata respublica, cui Deus tales praefecerit administratores.

Socrates in Phaedone damnat illorum sententiam, qui animam harmoniam dixere, et recte quidem, si nihil praeter elementorum in corpore crasim intellexere. Quodsi autem ideo animam harmoniam esse definierunt, quod et sola cum Diis mens humana intelligeret harmoniam, quemadmodum et sola haec numerat, quare et quidam numerum dicere non sunt veriti; deinde etiam quod cernerent gravissimis quandoque animae morbis concentibus Musicis mederi, nihil haec sententia, quod anima hominis praesertim Heroici harmonia dicatur, incommodi habere videbitur. Quapropter rectissime quis eas respublicas beatas dixerit, quarum gubernatores animas harmoniacas, hoc est philosophicas naturas, habuerint. Qualem certe Scytha ille nequaquam habuit, qui equi hinnitum audire malebat, quam excellentissimum musicum. quem alii ad stuporem usque audiebant. Utinam autem omnes reges.

principes, praesules aliique regnorum proceres animas ex cratere harmoniacarum animarum sortirentur, et non dubitarem, quin optimae hae disciplinae, quaeque propter se potissimum sunt expetendae, suam dignitatem sint obtenturae!

Haec habui clarissime vir, quae ad te in praesens de D. Doctoris mei hypothesibus, Prussia et maecenatibus meis scribenda putavi. Bene vale vir doctissime, et studia mea tuis consiliis gubernare ne dedignere; scis enim nobis iuvenibus maxime seniorum et prudentiorum consiliis opus esse. Nec te venusta illa Graecorum sententia fugit: Γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων.

Ex Musaeo nostro Varmiae IX. Calend. Octobris Anno Domini M. D. XXXIX.

III. Die Vorrede zu der Trigonometrie von Coppernicus.*

Wittenberg 1542.

Doctrina et virtute praestanti
Georgio Hartmanno Noribergensi
Joachimus Rheticus S. D.

Cum rerum humanarum inconstantiam, varios casus summorum virorum, regnorum mutationes considero, cum in caeteris rebus imbecillitatem humani generis deploro, tum vero maxime doleo etiam in artes divinitus humano generi traditas fata temporum saevire. Olim studia frequentissima mathematum fuerunt, tota ars ex fundamentis mira solertia, Deo monstrante initia et regente artificum mentes, exstructa est, magna lux, magnus honos huius doctrinae fuit. Postea multis saeculis iacuit obruta tenebris fortasse eo, quod in hac ultima mundi senecta orbis terrarum bar-

* Der Titel lautet: »De lateribus et angulis triangulorum tam planorum rectilineorum, tum sphaericorum libellus eruditissimus et utilissimus cum ad plerasque Ptolemaei demonstrationes intelligendas, tum vero ad alia multa scriptus a clarissimo et doctissimo viro D. Nicolao Copernico Toronensi«.

Das Schriftchen ist bei Joh. Luft in Wittenberg gedruckt. Die näheren bibliographischen und anderweiten Notizen sind im ersten Bande (Thl. 2, S. 480 ff.) gegeben.

barorum imperiis fato quodam oppressus est. Sed quia artes vitae utiles praecipua Dei dona sunt, res ipsa ostendit, non humana ope, sed quodam singulari Dei beneficio uteunque eas conservari et interdum rursus ceu flammam excitari, ne funditus intereant. Sed etiam cum restitutae sunt, prorsus accidit hominibus, quod aiunt Pythagoram dixisse de coelestium motuum harmonia, qua ille quidem dixit effici dulcissimos sonos, sed non audiri eos, quia iam propter consuetudinem negligantur, ita surdi homines nec audiunt nec tueri student artes divinitus nobis redditas. Et ut caetera praesentia bona fastidimus, ita et hanc doctrinam, cum fruimur quotidianis beneficiis, leviorem ducimus. Si deesset annorum enumeratio in historiis, in religionibus, in foro, quantae essent in vita tenebrae! Si numerorum doctrinam non haberemus, infinita esset legitimorum contractuum conturbatio. Architectonica tota ex geometria orta est, et sunt aliae utilitates multae in metiendis corporibus. Haec beneficia cum sint in manibus, fontes tum negliguntur, tum vero a multis superbe contemnuntur. Itaque magna gratia debetur bonis viris, qui in tanto doctrinae contemptu sponte laborem suscipiunt et sumptus faciunt in his divinis artibus excolendis et utilitatis publicae causa conservandis. Cum autem nobis monumenta utilia istic tum edantur, tum adornentur, duxi hoc te munere vicissim ornandum esse, quod non dubito tibi gratissimum fore. Scis doctrinam triangulorum maximos usus habere, cum in aliis geometricis materiis, tum vero praecipue in astronomia, ideoque saepe in eam Ptolemaeus incurrit. Quare et hi, qui Ptolemaeum explicare conati sunt, multa de triangulis commentati sunt. Et optarim exstare veteres Menelaum et Theodosium. Nunc recens prodiit lucubratio Regiomontani; sed multo ante quam hanc videre potuit vir clarissimus et doctissimus D. Nicolaus Copernicus, dum et in Ptolemaeo illustrando et in doctrina motuum tradenda elaborat, de triangulis eruditissime scripsit. Scio tibi admirationi fore hoc scriptum,

cum videbis, quantas res quam artificiose complexus sit. Ut autem hoc tempore ederem, eo accidit, quia in enarratione Ptolemaei nobis opus fuit triangulorum doctrina, tibique eo dedicavi, ut te provocarem ad edenda, si qua in hoc genere habes, seu vetera seu recentia. Huc accedit, quod audio amicitiam tibi Romae fuisse cum auctoris fratre. Sed tibi viro doctissimo non minor est causa quam haec ad amandum auctorem, acerrimum ipsius ingenium, et cum in caeteris artibus, tum maxime in doctrina coelesti eruditio tanta, ut veteribus summis artificibus conferri possit. Ac gratulari huic aetati debemus, tantum artificem reliquum esse, qui studia aliquorum accéndat et adiuvet. Mihi quidem iudico rem nullam humanam contigisse meliorem quam talis viri et doctoris consuetudinem. Ac si quid unquam mea opera in hoc genere reipublicae profutura est, ad cuius utilitatem studia nostra referenda sunt, huic doctori acceptum referri volo. Itaque cum hanc lucubrationem et ingeniosissime scriptam esse sciam et ego eam propter auctoris memoriam magni faciam, velim te hoc munere magnopere delectari. Bene vale.

Has artes teneris annis studiosa iuventus
Discito, mensuras quae numerosque docent.
Praemia namque feres suscepti magna laboris,
Ad coelum monstrant haec tibi scripta viam:
Qua patet immensis spaciis pulcherrimus orbis,
Si metas horum cernere mente voles:
Sidera vel quanam coeli regione vagentur,
Aeterni cursus quas habeantque vices;
Cur Luna involvat caeca caligine fratrem,
Cur Lunae usuram lucis et ille neget;
Venturos etiam casus quae fata gubernent,
Quas populis clades astra inimica ferant.

Haec si nosse voles, prius est doctrina tenenda,
Quam breviter tradunt haec elementa tibi.
Cumque hominum mentes, quae coelo semina ducunt,
Errent a patria sede domoque procul,
Haec doctrina ipsas terrena mole solutas
Coelesti reduces rursus in arce locat.*

---

* Das im Texte mitgetheilte Gedicht findet sich auf p. 6 des Schriftchens zwischen der Vorrede und dem Abdrucke der Trigonometrie von Coppernicus. Es scheint jedoch kaum von Rheticus herzurühren. Hipler hat mehrfach die — wohl nicht zutreffende — Vermuthung ausgesprochen (zuletzt im Spic. Cop. p. 103), dass der Bischof Dantiscus das Epigramm gedichtet habe. Vgl. Band I, Thl. 2, S. 369 u. 481.

IV. Die Vorrede zu den »Orationes de Astronomia, Geographia et Physica«.*

(*Nürnberg 1542.*)

Ornatissimo et prudentissimo viro
Domino Heinrico Veidnower
Consuli Veldkirchensi
Joachimus Rheticus S. D.

Multa sunt argumenta, liberales artes, quibus hanc vitam non solum ornavit Deus, sed etiam adiuvit varie divinitus ostensas

* Der vollständige Titel der kleinen Schrift lautet: »Orationes duae, prima de Astronomia et Geographia, altera de Physica, habitae Vuitembergae a Joachimo Rhetico, professore Mathematum Norimbergae apud Joann. Petreium (1542). — Die beiden Vorträge, welche Rheticus in Nürnberg dem Drucke übergab, waren nach seiner Rückkehr aus Preussen in Wittenberg gehalten.

Das Schriftchen, welches dem Bürgermeister von Feldkirch (dem Geburtsorte des Rheticus) Heinrich Veidnower, gewidmet ist, umfasst 24 Seiten in klein Oktav, von denen das Dedikations-Vorwort allein 5 Seiten einnimmt. Es erschien bei Petrejus, dem Rheticus den Druck des Copernicanischen Werkes »de revolutionibus orbium caelestium« übertragen hatte, zu der Zeit, als letzteres sich unter der Presse befand. Nähere Mittheilungen über Petrejus und sein freundschaftliches Verhältniss zu Rheticus sind Band I, Thl. 2, S. 514 ff. gegeben.

et a sanctis hominibus inde usque ab originali mundo ad posteritatem transmissas esse. Nam et usus in universa vita patet latissime et ipsa ordinis perpetua consensio, qua praeceptum unum ex alio quasi enascitur, veritatis non obscurum est indicium, quam solius Dei opera, tanquam propriam notam, divinae originis habent. Itaque meorum praeceptorum et consilium in observandis honestis artibus admiror, et diligentiam merito praedico, qua eas primae aetati instillant. Nam, ut de me dicam, veniebam domo Vuittenbergam mediocriter institutus, illis primis non tam artibus, quam summarum artium instrumentis. Ad eam cognitionem accesserat parentis diligenti cura numerorum notitia. Nam hanc etsi mercatores sui maxime commodi causa in pretio habendam censent, tamen profecto longe maiores usus in omni vita praestat. Sive autem praeceptor meus, Philippus Melanthon, nostri saeculi unicum ornamentum, quod numerorum cognitione essem aliquo modo instructus, sive aliam ob causam me mathematicis disciplinis adhibuerit, nescio. Hoc tamen summo studio perfeci, ne in eo genere literarum, quod mihi sequendum iudicarat, negligentem operam navarem. Ac postquam ex Joanne Volmaro, gentili nostro, viro doctissimo, geometrica et astronomica praecepta didicissem, evocavit me Noribergam insignis fama viri non solum in hoc genere disciplinarum clarissimi, sed etiam in omni vita optimi Joannis Schoneri. Ab eo Tubingam concessi. Nam istic vir omnium memoria dignissimus Joannes Stoflerus, non solum huius artis illustria monumenta, sed etiam discipulos eximios reliquisse ferebatur. Accidit autem, ut hac occasione etiam in clarissimi viri Joachimi Camerii notitiam venirem, qui et has artes facit maximi et in reliqua literatura ita excellit, ut singulare Germaniae ornamentum esse merito praedicetur. Cum deinque in septentrionalibus partibus D. Nicolai Copernici famam tantam esse audirem, etsi tum Academia Vittebergensis me publicum professorem istarum artium constituisset, tamen non mihi putavi acquiescendum, donec etiam illius

institutione addiscerem aliquid. Ac profecto neque sumptuum, nec itineris, nec aliarum molestiarum me poenitet.* Ingens enim operae pretium in eo mihi fecisse videor, quod hominem aetate nunc gravem iuvenili quadam audacia perpuli ad rationes suas in hoc genere disciplinae toto mundo maturius communicandas. Ac iudicabunt idem mecum eruditi omnes, cum libri, quos nunc sub prelo Norebergae habemus, edentur. Sicut verum est, quod poeta inquit, »Ignoti nulla cupido«, ita in illo usu artis deprehendi multiplices huius studii fructus, quibus non ornatur solum. sed adiuvatur praeclare tota haec vita. Itaque cum et dignitas proximi anni, qua me Academia Vuittebergensis ornavit,** et consuetudo flagitaret aliquas publicas et solennes orationes. rectissime me facturum iudicavi, si has artes. physicam, astronomiam, et geographiam iuventuti commendarem. Ac autores postea mihi fuerunt multi eruditi viri, ut hoc meum de his artibus iudicium etiam aliis ostenderem. Horum vel consilio vel autoritati cum refragari non liceret longius, et reipublicae quoque interesse videretur, honestissimas de his artibus sententias exstare, utramque orationem publice a me Vuittebergae habitam edidi. Eas, vir ornatissime, ad te mittendas, imo etiam

---

* Die obigen Angaben ergänzend, schreibt Rheticus in der Dedikations-Epistel seiner Ephemeriden für das Jahr 1551 an Georg Chunnerstad. »Quae quidem (itinera) meo, ut dicitur, Marte et longinqua et difficilia confeci, dum quaero, qui me accipiat coelique vias et sidera monstret. Septentriones subii, in Prussia ea didici atque percepi de praeclarissima arte astronomiae, dum versor apud summum virum Nicolaum Copernicum, quibus elaborandis vita sufficere non possit etc.«

** Rheticus war nach seiner Rückkehr aus Frauenburg zum Dekan der Artisten-Fakultät in Wittenberg erwählt worden. Wir erfahren dies durch Weidler aus den Akten der Universität: »Rheticum Vitebergam rediisse anno 1541 vel 1542 et officium suum denuo obiisse, ex matricula nostra didici, siquidem anno 1542 Mensi Februario et sequentibus decanatum gessit et candidatis nonnullis magistri lauream impertiit«. Hist. astron. p. 356).

nomini tuo inscribendas iudicavi, non solum quod in patria mea principem locum teneas, et sicut ex patrono meo, viro tum optimo tum doctissimo, D. Jacobo Milichio intellexi, primam aetatem in nostris studiis cum singulari eloquentiae laude contriveris, sed quod video literas clarorum virorum tutela indigere. Multum enim prodest ad primam aetatem excitandam, si summorum hominum iudicio approbari hasce artes videant. Homerus principes numinum clypeis tegi fingit, et profecto manifesta argumenta sunt, quod rerumpublicarum gubernatores divinitus non regantur solum, sed tegantur etiam in tantis et tam variis periculis. Ad hunc modum ipsos gubernatores decet, honesta studia sua auctoritate non solum commendare aliis, sed etiam defendere contra pravas vulgi opiniones, quod nihil admiratur praeter quaestum. Ego igitur cum et harum artium principia in patria perceperim et usu nunc discam, me a praeceptoribus fidelissimis non deceptum, inter quos non postremum locum tenet D. Achilles Gassar Physicus,* qui etiam caelestes significationes secutus me ad hoc studiorum genus cohortatus est, existimavi etiam tuam auctoritatem mihi adiungendam, ut praestantissimae artes iuventuti et eius moderatoribus commendarentur. In hac re non solum patriae, sed et toti reipublicae plurimum profuerimus. Spero autem tibi et nostris literis non vulgariter instituto et primas tenenti in republica hoc de praeclarissimis artibus iudicium deinde et voluntatem erga te meam non ingratam futuram. Bene et feliciter vale.

---

* Ueber Pirminius Gassarus sind bereits oben S. 287 einige biographische Notizen mitgetheilt. Dass er mit Rheticus in naher freundschaftlicher Beziehung gestanden, wissen wir aus den beiderseitigen Zeugnissen (vgl. S. 288). Rheticus gedenkt seines Freundes auch in der »Chorographia«: ». . . . . die Schriften des Petrus Peregrinus de Marecurt hab ich bei den Achtbaren vnd hochgelarten Herren Achilli Gassaro Lindoensi der Medicin Doctori vnd Mathematico gesehen«. (Hipler: Die Chorographie des Joachim Rheticus S. 25).

Datae Noribergae* Idibus Augusti Anno Domini M. D. XLII.

---

* Datirt hat Rheticus die Vorrede zu seinen »Orationes duae« etc. von Nürnberg, wohin er sich um die Mitte des Mai 1542, mit Empfehlungs-Briefen von Melanchthon ausgerüstet, begeben hatte, um den Druck des grossen Werkes seines Meisters zu überwachen, wie er selbst in der Vorrede zu seinem Schriftchen angiebt: »... Cum libri (Copernici), quos nunc sub prelo habemus, edentur«.

Dass Rheticus in Nürnberg noch anderweite literarische und Lebens-Pläne verfolgte und nicht mehr nach Wittenberg zurückzukehren gedachte, lehrt uns der Brief Melanchthon's an Joach. Camerarius vom 11. Mai 1542: »... Mathematicus noster Joachimus (Rheticus), cum me retineri intellexisset, litteras flagitavit«.

V. Die Vorrede zu den Ephemeriden auf das Jahr 1551.*

(Leipzig 1550.)

Autor lectori.

Quoniam eam viam secuti sumus, quam erudita antiquitas ingressa ad cognitionem pulcherrimarum rerum pervenit quas

---

* Der vollständige Titel lautet:

»Ephemerides novae seu expositio positus diurni siderum et συσχηματισμῶν praecipuorum ad annum redemtoris nostri Jesu Christi filii Dei MDLI. Qui est primus annus Olympiados DLXXXII exquisita ratione et accurato studio elaborata a Georgio Joachimo Rhetico, secundum doctrinam περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν D. Nicolai Copernici Toronensis praeceptoris sui.

Cum Privilegio Imperiali.

Μωμήσεται τὶς ἥδιον ἢ μιμήσεται.

Lipsiae ex officina Wolfgangi Gunteri.

Anno MDL.

Das Schriftchen umfasst 40 Seiten in Quart, von denen Widmung und Vorrede die ersten sieben Seiten einnehmen. Die Widmung ist an Georg Chumerstad gerichtet und von Leipzig datirt. (1. October 1550.)

Rheticus war, als er alles Erforderliche für den Druck des Werkes »de revolutionibus« in Nürnberg eingeleitet hatte, nicht nach Wittenberg,

rationes et quae scripta in scholas revocari in primis studeo, et aliquibus tamen haec tractatio alienior videri posset (multi enim

---

wie Melanchthon immer noch hoffte, zurückgekehrt. Er hatte vielmehr eine ähnliche Lebens-Stellung in Leipzig gesucht und gefunden. (Vgl. Bd. I, Thl. 2, S. 519 ff.) Wie es scheint, war die Leipziger Professur von Rheticus bereits im Sommer-Semester 1542 wenigstens provisorisch angetreten. Es schreibt Melanchthon am 7. Juli dieses Jahres an den Nürnberger Rathsherrn Erasmus Ebner: »... Nunc autem ut ad te scriberem, petiit Joachimus (Rheticus), hospes vester, qui Lipsiae mathemata docet«. Melanchthon trug sich aber immer noch mit der Hoffnung, dass Rheticus von Wittenberg nicht definitiv fortgehen werde. Er schreibt am 25. Juli 1542 an Camerarius: »... Scripsi ad Rheticum, ut nobis et mihi plane de sua voluntate et de tempore reditus respondeat.... Est apud nos Erasmus Floccus, mediocriter instructus doctrina, quem surrogabimus Rhetico, si nos is reliquerit .... Sed expectemus litteras Rhetici«.

Im Winter 1542 wurden die Verhandlungen der Leipziger Universität mit Rheticus zum Abschlusse geführt. Wir ersehen dies aus zwei Briefen Melanchthon's an Joach. Camerarius aus dem November jenes Jahres. In dem ersten, aus dem Anfange des Monats, schreibt er: »... Cum Rhetico proderit plane et explicate de stipendio et operis agi; ἔχει γὰρ κἀκεῖνος ὡροσκοποῦντα τὸν αἰχμάλωτον τοῦ ὕτου καὶ τοῦ ἐριάλτου«. — In dem zweiten »d. d. 18. November 1542« schreibt Melanchthon: ».... Joachimum Rheticum tibi commendo, quem quidem consiliis iuvabis tuis fidelissimis in illa vestra Philyra, quae, ut omnes ceterae respublicae, multa habet ἕλκη ὕπουλα«.

Im Mai 1550 hielt Rheticus sich noch in Leipzig auf, wie aus einem Briefe Melanchthon's an Camerarius vom 25. Mai desselben Jahres erhellt: »... Scripsi ad Stramburgum et eius coniugem, item ad Meurerum, et ad Rheticum; praeter hos neminem volui sumtu et labore itineris onerare«. Nicht lange nach der Herausgabe seiner Ephemeriden scheint Rheticus Leipzig verlassen zu haben. Im Jahre 1551 wurde Joh. Homel sein Nachfolger, wie uns bereits Joh. G. Boehm (»de literatura Lipsiensi« p. 79) berichtet: »Joh. Rheticus mathemata .... utiliter explanabat, cui .... Lipsia abeunti Joh. Homelius surrogatus fuit«.

Die spätern Lebens-Schicksale des ersten Apostels der Coppernicanischen Lehre dürfen hier kaum skizzirend angedeutet werden. Rheticus wandte während der letzten Lebens-Jahre seine gelehrte Thätigkeit ausschliesslich der Berechnung grosser Sinus-Tangenten- und Sekanten-Tafeln zu. Obwohl er durch die Unterstützung des Kaisers Max II. und einiger ungarischen Grossen in den Stand gesetzt war, sich während eines ganzen Decenniums einige Hülfsrechner zu halten, so hatte er doch nicht die Freude, die Vollendung seines grossen Werkes zu erleben. Dasselbe erschien — Kästner (Gesch. d. Math. I, S. 621) weiss nicht anzugeben, wann? und wo? — unter

ab illis vestigiis satis longe recesserunt. Ideo visum fuit, quemadmodum geometrae faciunt, ut vulgo ignota verba explicent et res dubias affirmando stabiliant, sic ostendere, et quid vocabula, quibus usi sumus, significare et res, quas tradimus, quo pacto intelligi velimus. Cum autem necesse sit alios aliorum esse sermones de huiusmodi operibus, ideo quaedam hoc loco de toto genere talium descriptionum dicenda esse duximus. Erit autem nobis res cum iis, qui neque prorsus ignari sunt disciplinarum mathematicarum et cognoscendi verum desiderio tenentur. Ad caeteros enim alia oratione opus esset. Primum igitur iam manifestum est. Ea quae de siderum positu proferuntur ex tabellis, quibus omnes communiter utuntur, a veritate nunc admodum longe abesse. Quod ut attentius notaretur, superiore anno loca stellarum errantium et luminum ad primos dies tantummodo singulorum mensium exquisita proposuimus. Nunc integri anni ephemerides, id est diariae indicationes siderum, a nobis eduntur, quo certius errores vulgaris calculi deprehendi possint. Ante Ptolemaeum quidem in Graecia ars haec perfecta nondum fuit, post hunc autem paucis saeculis inter clades bellorum, cum minus colerentur haec studia, evenit pariter atque ante, veritas ut amitteretur. Azophi, Mahumeta Aratensis, Thebith Saraceni, et mox Alphonsus rex Hispaniae fulcire ruinam conati fuerunt. Hic quidem divinitus ad hanc curam suscitatus, sed temporum vitio, quod antiquitatis doctrina non teneretur, labascere etiam opus quamvis praeclarum

---

dem Titel »Georgii Joachimi Rhaetici Magnus canon doctrinae triangulorum ad decades secundorum scrupulorum et ad partes 10000000000«.

Rheticus starb zu Kaschau (in Ungarn) 1576 in den Armen Otho's, seines Schülers. Dieser gab auf Grundlage der reichen Vorarbeiten, welche ihm aus der Hinterlassenschaft von Rheticus zugekommen waren, sein grosses trigonometrisches Werk heraus, von welchem Kästner (a. a. O. S. 590—612) eine eingehende Beschreibung geliefert hat. Es führt den Titel: »Opus Palatinum de triangulis a Georgio Joachimo coeptum L. Valentinus Otho Principis Palatini Friderici IV. Electoris Mathematicus consummavit«. (Ann. Sal. Hum. 1596.)

necesse fuit. Itaque post annos statim quadraginta Guilhelmus quidam de S. Glodialdo notas Alfonsinis quasi decisionibus apponere ausus fuit de suis observationibus, quod idem paulo post fecit et Prophatius Judaeus. Hos secuti sunt Joannes Blanchinus, Georgius Purpachius, Joannes Regiomontanus Francus, Bernardus Gualterus, Dominicus Maria. Qui omnes, quod intelligerent neglectione quadam in pulcherrimam artem animadvertendos errores invasisse, studio et labore suo annisi fuerunt, ut aliquid illorum tollere et emendare possent. Arzaelem quendam, autorem ut perhibent, tabularum Toletanarum, magnum virum fuisse non est dubium, ante Alfonsum annis circiter 183. Quem accepimus quadringentas duas observationes solares reliquisse de constituendo apogeo Solis. Ex quo manifestum fit, quanta illius contentio fuerit in hoc studio, cum, ut in nostris commentariis astronomicis docetur, alia etiam ac potius quidem in hac parte sint spectanda. Superiore autem aetate D. Nicolaus Copernicus post omnes illos, quos nominavimus, et ipse veluti manus admovit huius mundi machinae. Et cum in Italia animum optimarum disciplinarum atque artium doctrina instruxisset, otium tandem nactus rem totam divino ingenio complexus incredibili diligentia perfecit omnium admiratione, qui in his studiis versarentur. Vixerat cum Dominico Maria Bononiensi, cuius rationes plane cognoverat et observationes adiuverat. Suas autem exquisitiones mediocres non nimias esse voluit. Itaque consulto, non inertia aut taedio defatigationis, eas comminutiones vitavit, quas nonnulli etiam affectarunt, et sunt qui exigant, qualis est Purpachii in Eclipsium tabulis subtilitas. Videas autem quosdam in his omnem curam ponere, ut plane scrupulose loca siderum scrutentur, qui dum secundariis et tertianis, quartanis, quintanis minutiis inhiant, integras interim partes praetereunt neque respiciunt, et in monumentis τῶν φαινο-

μένων saepe horis, non etiam nunquam diebus totis, aberrant. Hoc nimirum est, quod in fabulis Aesopicis fit ab eo, qui iussus bovem amissam reducere, dum aviculis quibusdam captandis studet, neque his potitur, et bove etiam ipso privatur. Recordor, cum et ipse iuvenili curiositate impellebar et quasi in penetralia siderum pervenire cupiebam. Itaque de hac exquisitione interdum etiam rixabar cum optimo et maximo viro Copernico. Sed ille cum quidem animi mei honesta cupiditate delectaretur, molli brachio obiugare me et hortari solebat, ut manum etiam de tabula tollere discerem. Ego, inquit, si ad sextantes, quae sunt scrupula decem, veritatem adducere potero, non minus exsultabo animis, quam ratione normae reperta Pythagoram accepimus. Mirante me et annitendum esse ad certiora dicente, huc quidem cum difficultate etiam perventum iri demonstrabat, cum aliis tum tribus potissimum de causis. Harum primam esse aiebat, quod animadverteret plerasque observationes veterum sinceras non esse, sed accommodatas ad eam doctrinam motuum, quam sibi ipsi unusquisque peculiariter constituisset. Itaque opus esse attentione et industria singulari, ut, quibus aut nihil aut parum admodum opinio observatoris addidisset detraxissetve, ea a corruptis secerenentur. Secundam causam esse dicebat, siderum inerrantium loca a veteribus non ulterius quam ad sextantes partium exquisita, et secundum haec tamen praecipue errantium positus capi oportere; pauca excipiebat, in quibus declinatio sideris ab aequinoctiali annotata rem adiuvaret, quod de hac locus ipse sideris certius constitui iam posset. Tertiam causam hanc memorabat, non habere nos tales autores, quales Ptolomaeus habuisset post Babylonios et Chal-

daeos, illa lumina artis Hipparchum, Timocharem, Menelaum et caeteros, quorum et nos observationibus ac praeceptis niti ac confidere possemus. Se quidem malle in iis acquiescere, quorum veritatem profiteri posset, quam in ambiguorum dubia subtilitate ostentare ingenii acrimoniam. Haud quidem longius certe, vel etiam propius omnino abfuturus suas indicationes sextante aut quadrante partis unius a vero, cuius defectus tantum abesse ut se poeniteat, ut magnopere laetetur hucusque longo tempore, ingenti labore, maxima contentione, studio et industria singulari procedere potuisse. Mercurium quidem, quasi secundum proverbium Graecorum relinquebat in medio communem, quod de illo neque suo studio observatum esse diceret neque ab aliis se accepisse, quo magnopere adiuvari aut quod omnino probare posset. Me quidem multa monens, subiiciens, praecipiens imprimis hortabatur, ut stellarum inerrantium observationi operam darem, illarum potissimum quae in signifero apparent, quod cum his errantium congressus notari possent. Hoc cum doctissimus vir Gemma Phrysius et ipsum fieri oportere statuat, quasi alterum hac aetate Copernicum,* fundamenta huius artis firma eum iacere

---

* Die Bedeutung von Gemma Frisius ist von Rheticus und seinen Zeitgenossen überschätzt worden. Das hohe Lob, welches ihm Rheticus zuertheilt, wenn er ihn einen zweiten Coppernicus nennt, hat die Geschichte der Wissenschaft nicht anerkannt.

Gemma Frisius beschäftigte sich neben seiner medicinischen Thätigkeit auf dem Lehrstuhl und in der Praxis eifrig mit Mathematik und Astronomie. Er unterhielt — durch den Bischof Dantiscus — mittelbare Verbindungen mit Coppernicus (vgl. Bd I, Thl. 2, S. 272 ff., 284). Auch die Beobachtung des grossen Kometen vom Jahre 1533 brachte ihn in Beziehungen zu Coppernicus (vgl. Bd. I, Thl. 2, S. 270).

Mit grossem Interesse verfolgte Gemma die Berichte, welche über die

intelligo, et, ut par est, veneror animo meo. Nequo ego cum de Copernici operibus ita loquor, ut iudicio ipsius defendam in

---

Lehre von der Erd-Bewegung wenngleich nur in fragmentarischer Form an ihn gekommen waren. Klar hatte er, wie viele seiner Zeitgenossen, die grossen Schwächen und Mängel des herrschenden Systems erkannt; in dem Briefe an Dantiscus d. d. Kal. Augusti 1541 preist er mit begeisterten Worten die Gedanken-Arbeit von Coppernicus und seiner Schüler »qui novam nobis terram, novum Phoebum, nova astra, immo totum alium apportabunt orbem« .... »Quot enim erroribus« — fährt Gemma fort — »involucris labyrinthis, quot denique aenigmatibus, plus quam Sphingicis, involutam habuimus astrologiam! Ego sane multa possem enumerare, quae nunquam mihi satisfacere potuerunt. Quale est, quod Martis motum saepe a calculo, vel exactissimo secundum tabulas, tribus signiferi partibus abesse observaverim ... Nihil nunc dicam de motu firmamenti et apogiorum, qui, ut ne umbram quidem habuit veritatis, ita omnibus ridiculus approbatus; omitto etiam plura alia de omnium fere stellarum longitudine ..... Haec si reddiderit autor ille vester (Copernicus) sarcta et tecta (id quod maxime animus praesagit ex eo provemio, quod praemisit, nonne hoc est novum dare Phoebum, novam terram, novum coelum ac novum mundum?« —

Mit dringlichen Bitten geht Gemma in demselben denkwürdigen Briefe den Bischof Dantiscus an, er möchte doch auf Coppernicus dahin einwirken, dass dieser sein Werk der Oeffentlichkeit übergebe. Die Mittheilung der betr. Stelle ist im ersten Bande verabsäumt; sie wird deshalb hier nachgetragen: »Quapropter, ornatissime Praesul, non parum mereberis gratiae, cum apud infinitos haud infimae doctrinae viros, tum apud posteros omnes, si (quod tibi arbitror neque grave esse neque arduum) calcaribus tantum usus hoc opus (Copernici) promoveas). Non te latet enim, qua ratione saepe accidat a decessis auctoribus, ut libri, opera, supellex, denique tota diripiantur abeantque in oblivionem, quae alioqui multis ex usu essent futura«.

Trotz all dieser Bekundungen seines wissenschaftlichen Interesses für das neue Weltsystem müssen wir dennoch anstehen, Gemma zu den Gönnern der neuen Lehre zu rechnen, wie es Beckmann (Erml. Ztschr. III, 403) gethan hat. Gemma verwahrt sich bereits in dem mehrerwähnten Briefe vom 20. Juli 1541 gegen die Unterstellung, dass er die Coppernicanische Lehre für mehr als eine Hypothese erachte: »... Neque ego nunc disputo de hypothesibus, quibus (Copernicus) ille utitur pro sua demonstratione, quales sint aut quantum veritatis habeant. Mea enim non refert, terramne dicat circumvolvi an immotam consistere; modo siderum motus temporumque intervalla habeamus ad amussim discreta et in exactissimum calculum redacta«.

Noch bestimmter spricht Gemma vierzehn Jahre später ganz im Sinne

his imperfecta quaedam et aliorum affectatam et obscuram diligentiam reprehendam, videri velim hoc agere, ut illius studium et industriam debilitem. Immo optarim et potentes ac opulentos impensis sumtibus, et doctos ac eruditos operis ac laboribus communicatis praeclarissimae rei curam suscipere, ut his etiam temporibus haec ars absolveretur. Copernicus quidem cum et iniqua iudicia aliorum reformidaret et in sua ipse inventa acerrime inquireret, impulsus tamen a Reverendissimo domino Tidemanno Gisio etc. opus suum composuit et edi passus fuit. Non ut alii in istis inventis ac traditis consisterent, sed potius ut excitati omni contentione longius progrediendum esse ducerent. Quod utinam nostra aetas fieri videat atque hunc fructum bonarum artium liberalitatis principium et concordiae eruditorum percipiat! Non enim profecto haec elaboratio unius aut paucorum, sed et praesidio et collatis operis opus est. In quam partem et polliceor me quoque operam daturum, quae neque Copernici praestantia ac magnitudine indigna neque praecipuae utilitatis expers, et mihi etiam ad bonos ac eruditos honorifica esse videatur. Nolim equidem in Copernici rationes vel a me vel ab alio quopiam inculcari extranea, ne non adiuvisse conatus praeclarissimos ipsius, neque explevisse deficientia, sed conturbasse negotium et opus aliquis depravasse videatur. Par autem est, ut is qui, sicut ait servulus Plautinus,

---

der untergeschobenen Vorrede Osiander's zu dem Coppernicanischen Werke. Es geschieht dies in der Vorrede zu den »Ephemerides novae« etc. von Stadius, welche er im Jahre 1555 geschrieben hatte: »Restat iam ultimus nodus de terrae motu solisque in mundi centro quiescentis τὸ παράδοξον. Verum quum et philosophia et demonstrationis methodo careant, non intelligunt hypothesium causas et usum. Non enim illa ‚statuuntur ab autoribus, tanquam necessario ita se habere debeant neque aliter constitui possent. Sed ut assumptis non prorsus absurdis sed naturae congruis exordiis habeamus certam ratione motuum correspondentem in coelo conspicuis stellarum locis tam pro tempore futuro vel elapso quam pro praesenti«.

sua fiducia opus conduxit, eventus simplicem fortunam experiatur, ut per se consideretur atque spectetur elaboratio. Et nimis est otium hoc curiosum, quod in aliena inventa ac tradita commentationes proprias ingerit et commiscendo diversa, sicut cum coci multa iura confundunt, corrumpit universa. Ego quidem in harum ephemeridum designatione, ne latum quidem, ut dicitur, digitum a doctrina Copernici recedere volui, quam me et profiteor absque omni detrectatione secutum,* et scio penitus assecutum esse, et gratum confido hunc laborem meum fore tam iis, qui in his disciplinis cognoscendis studiosius versantur, quam illis qui contenti indicationibus alienis ad προγνώσεις stellarum positus et quasi faciem coeli assumere voluerint. Non enim certe hi secundum nostram demonstrationem procedentes, a vero semissibus saltem horarum aut his etiam totis aberrabunt, id quod multis istas minutias exquisi-

---

* Das unumwundene Bekenntniss seines festen Glaubens an die Coppernicanische Lehre, welches Rheticus ablegt, bildet einen wohlthuenden Gegensatz gegenüber der Aengstlichkeit, mit welcher damals ziemlich allgemein die Lehre von der Erd-Bewegung behandelt wurde. In der vorhergehenden Anmerkung ist die vorsichtig ängstliche Stellung eines hervorragenden Gelehrten aus dem katholischen Lager gekennzeichnet. Noch viel vorsichtiger mussten die Gelehrten der lutherischen Konfession auftreten, nachdem die Häupter der Reformation in Deutschland, Luther und Melanchthon, sich so entschieden gegen die Coppernicanische Anordnung der Weltkörper erklärt hatten (vgl. Band I, Thl. 2, S. 231 ff.).

Noch bei Lebzeiten von Coppernicus hatte Luther sich in heftiger Weise über dessen Lehre ausgesprochen, und Melanchthon, der »praeceptor Germaniae«, sich sogar nicht gescheut, die Hülfe der weltlichen Macht gegen die durch jene Lehre bekundete Zügellosigkeit der Geister anzurufen.

Kurz vor der Veröffentlichung der Ephemeriden des Rheticus hatte Melanchthon (im Jahre 1549) sein Lehrbuch der Physik (»initia doctrinae physicae«) erscheinen lassen, in welchem er in scharfer Polemik gegen Coppernicus alle die landläufigen Einwürfe zusammenstellt, welche gegen seine Lehre von der Erd-Bewegung erhoben waren: den Sinnenschein, die zweitausendjährige Uebereinstimmung der Männer der Wissenschaft, die Autorität der Bibel.

tionum consectantibus usu venit. De quibus tamen et ipsis nostrae rationes exponuntur alibi, ut in libris de eclipsibus et designationibus ὑποθέσεων περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν,* et tabulae nostrae inequabilium motuum, si propediem, ut spero, prodierint, nihil etiam in hoc genere studiosos desideraturos esse spero. Praeterea necessario indicandum et hoc putavimus: Nos quemadmodum in tota ephemeridum expositione doctrinam Copernici secuti sumus, ita etiam ad meridianum huius illarum descriptionem accommodasse, qui est ad Istulae ostia, cuius longitudinem ponit Ptolomaeus temporum 45. Ut autem ad has nostras regiones magis congruerent ephemerides istae, Lunae tantummodo loca et illius erga Solem et quinque stellas positus reduxi ad meridianum longitudinis temp. 30. Cum Ptolomaeus Albis fluminis ostia ab occasu recedere velit temp. 31. Hoc igitur erit unius horae spatium, quod tempus συσχηματισμοῖς, ut oportuit, ademtum et motus horarius locis Lunae adiectus fuit. Sed enim cum arcus circuli maxime inter Frouenperg et Lipsiam maior non sit part. 5. cum triente, et ἕξαρμα illius part. 54. cum triente, huius 51. cum triente fere, intervallum inter meridianos hos, secundum triangulorum in globo rationem, vix attinget part. 7. cum triente. De quo quidem nos id fecimus, quod potuimus, secundum vetus proverbium; principum autem officium erat, dare operam, ut superficies globi terreni exacte describeretur, et tam nobis quam posteris hac cura consuleretur.

---

* Den hier im Texte wiederholten Ausdruck περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν hatte Rheticus bereits im Titel seiner »Ephemerides« angewandt: ».... secundum doctrinam περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν D. Nicolai Copernici«. Hipler verweist dabei auf Aristoteles Metaph. XI, 8; es ist möglich, dass Coppernicus von dieser Stelle den Titel seines Werkes »de revolutionibus« entlehnt habe. Ein früherer Interpret hatte gemeint, es habe ihm vielleicht der Titel einer Schrift des Peripatetikers Sosigenes vorgeschwebt, welche von Proclus in seinen »hypotheses astronomicarum positionum« erwähnt werde: »Σωσιγένης ὁ περιπατητικὸς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν« (vgl. Band I, Thl. 2, S. 541).

Anhang.

Den Schriften von Rheticus wird nachstehend ein Auszug aus einer Abhandlung seines Schülers Valentinus Otho angereiht, welcher das grosse trigonometrische Werk zu Ende führte, dessen grundlegende Vorarbeiten ihm von Rheticus überkommen waren. Dieser mittelbare Bericht über Coppernicus leidet zwar — wie bereits im ersten Bande (Thl. 2, S. 422 und S. 490) hervorgehoben ist — an manchen Irrthümern, bringt jedoch, namentlich über Rheticus selbst und dessen Verhältniss zu Coppernicus dankenswerthe Mittheilungen; er darf deshalb hier nicht übergangen werden.

Otho's Bericht findet sich in der Vorrede zu dem »Opus Palatinum de triangulis a Georgio Joachimo Rhetico coeptum«, S. XI, XII und XVI.

» . . . . De triangulis etsi quidem multa in Euclidis elementis exstent, nihil tamen habent, quod hic requiritur, quomodo ex lateribus anguli, et vicissim ex angulis latera cognosci possint . . . (Ptolomaeum) Copernicus, nostri saeculi miraculum, imitatus est. Ut enim ex Menelao ad institutum suum concinnavit necessaria Ptolemaeus, ita simili prorsus et artificio et brevitate Copernicus ex Ptolomaeo et Joanne Regiomontano collegit, quae ad intelligendum opus suum necessaria existimavit«. (p. XI.)

Tunc Georgius Joachimus Rheticus rationem inire coepit, quomodo hanc doctrinam locupletare et pleniorem efficere posset.

Dum hoc mente et animo suo agitat, fama de Copernici admirandis hypothesibus percrebrescit. Rheticus, quamquam tunc professorem ageret mathematum in florentissima academia Vitebergensi, tamen teneri non potuit, quin tantum virum primo quoque tempore adiret. Profectus igitur ad Copernicum, cum coram de hypothesibus cognovisset, renunciata professione apud eum mansit. Copernicus tunc in opere suo Revolutionum occupabatur iamque doctrinam Secundorum mobilium, ut vocant, absolverat, ut praeter Primi Mobilis doctrinam nihil restaret amplius.*

Hanc omnino quidem intactam relinquere constituerat Copernicus, sed instabat adeoque eum urgebat amicus, cui id honeste non poterat denegare. Quam ad rem cum ex libris, quos perpaucos habuit, ut ex Rhetico accepi, subsidium petere non posset,** ipse se ad excogitandum demonstrationem rei exquirendae idoneam convertit. Cum autem diu multumque cogitasset, neque tamen voti compos fieri posset, desperata tandem tam necessariae de-

---

* Otho's Mittheilung widerstreitet hier — wie bereits im ersten Bande, Thl. 2, S. 490 hervorgehoben ist, — vollständig dem Berichte von Rheticus, gleichwie den eigenen Angaben von Coppernicus in Betreff der Beendigung des Werkes »de revolutionibus«.

** Die Unrichtigkeit der Angaben Otho's über den eigenen Bücher-Besitz von Coppernicus, wie über die literarischen Hülfsmittel, welche ihm in seiner nächsten Umgebung zu Gebote standen, ist bereits im ersten Bande Thl. 2, S. 422 ff. nachgewiesen.

simi avunculi mei accessit, de cuius obitu usque adeo afficior, ut vitam deinceps ducere taedeat. Verum cum in humanis nihil sit firmum, nihil stabile, aequo animo ferenda sunt. . . . . Nisi haec vestra causa esset ac inopinata mors domini mei Warmiensis intervenisset, patriam repetiissem cum praesentium latore Luca Cruger, qui meam operam in vestra causa vidit« . . . . . .

* »Si haec causa« — schreibt Andreas Koppernigk — »ante proximas ferias seu vacantias non decidetur, relinquam porrius pro hac causa defendenda dominos Mathias Lambricht, olim Thesaurium in Castro Marienburg, et nonnullos alios, quibus et residuum, quod apud me est pecuniae, relinquam et me penitus negotiis absolvam et abdicabo deo amplius militando et serviendo«.

** Die Dokumente, aus denen wir über die letzten Lebens-Jahre von Andreas Koppernigk einige Auskunft erhalten, sind im ersten Bande Thl. 2, S. 27 ff. mitgetheilt.

IV. Der Oheim Lucas Watzelrode.

Ueber das Leben und die Wirksamkeit des Bischofs Lucas Watzelrode besitzen wir eine grosse Zahl archivalischer Zeugnisse. Die wichtigsten Urkunden, soweit sie für die Biographie von Coppernicus Interesse haben, sind bereits im ersten Bande mitgetheilt worden. In dem vorliegenden zweiten Bande finden sich gleichfalls in den Abschnitten, welche von dem Grossvater Lucas Watzelrode handeln, einige Notizen, welche für die Jugendzeit seines gleichnamigen Sohnes nicht unwichtig sind.

Ein weiteres Material hier beizubringen scheint ungehörig; dagegen dürfte es wohl gestattet sein, nach dem Vorgange Hipler's im »Spicilegium Copernicanum« (S. 316—319) den Bericht mitzutheilen, welchen sein Kanzler Paul Deusterwald über die letzten Lebenstage des Bischofs Lucas niedergeschrieben hat.* Von Wichtigkeit zur richtigen Würdigung der Schwierigkeiten, welche Coppernicus bei dem täglichen Umgange mit dem Oheime zu überwinden hatte, ist namentlich die Charakteristik, welche Deusterwald am Schlusse seines Berichtes von dem Bischofe Lucas entwirft.

---

* Der Bericht von Deusterwald findet sich handschriftlich im bischöflichen Archive zu Frauenburg und ist von Hipler a. a. O. zuerst veröffentlicht worden.

Paulus Deusterwald:

De obitu domini Lucae Watzelrode Episcopi Warmiensis.

Anno M° CCCCCXII decima quinta Januarii exivit Reverendissimus dominus Lucas Episcopus Warmiensis arcem Heilsberg versus Cracoviam ad nuptias Serenissimi principis domini Sigismundi Regis Poloniae, quae fuerunt die dominica octava Februarii, magno quidem splendore et munificentissimis impensis celebratae, quibus peractis habita est ibidem generalis conventio. Fuit hic transitus ad nuptias in principio suo iucundus et gaudio plenus, sed in reditu propter calamitatem inopinatam luctuosus. Eidem enim domino Episcopo Lucae Cracoviae primum et postea in reditu coeperunt nauseosi esse pisces in quadragesima praeter suam consuetudinem. Et coepit nausea extendi cum tempore latius, ita quod animadverteretur plane a nobis, qui cum eo cibum quotidie ad tabulam sumpsimus; per singulos enim dies coepit ei cibus et potus magis esse insipidus, observatumque est ipsum fieri in dies minus quam antea vigorosum. Et id ipsum quidem animadversum est plus solito in Lancicia 23. die Martii magis autem die sequente in oppido Mosebrocke, ubi sumptum cibum stomachus retinere non potuit, sed e vestigio reddidit. Ac subinde coepit augmentari morbus et vires depascere exitialis aegritudo, adeo quidem, ut virtute propria neque gradi bene poterat, neque pedibus consistere. Accessit huic malo sitis inexstinguibilis et febricula, uti asserebat, continua, quibus cruciabatur vehementer sine intercapedine.

In hac tanta valetudine et morte deductus est in Thoroniam vicesima sexta Martii, quae erat dies Veneris post dominicam Judica, homini defuncto haud dissimilis, ubi die sequenti viribus vehementer destitutus et usu linguae magna ex parte privatus (impeditum etenim sermonem edidit propter difficultatem spiritus, quem imo ex pectore magno reddebat labore repositus fuit in

aegritudinis lectum. Postero die invalescente morbo confessionem fecit et corpus dominicum summa devotione accepit. Et quamquam trepidante et confusa lingua eructaret verba, conabatur tamen eis, quibus erat familiaris, multa loqui, qui intelligebant, quandoque quid vellet, magis ex signis et gestibus sibi notis quam ex verborum prolatione. Quandoque etiam absolutam et perfectam, quamvis magno labore, sententiam edidit; ex pectore enim meo iudicio laborabat et eiici flegmata viae praeclusae non sinebant.

Neque aderat medicus peritus, qui naturae laboranti suppetias contulisset. Accersiti tamen fuere ex aliunde medici; sed dum venirent, mortuum ipsum invenerunt; die enim lunae, quae fuit vicesima nona Martii, audito missae officio et unctione extrema suscepta, inter manus Reverendissimi in Christo patris, domini Johannis Episcopi Culmensis et amicorum suorum ferventi devotione ad deum, quod ex signis compluribus videbatur, et ratione usque ad exhalationem animae integra decessit in domino. Funus ipsius ad Ecclesiam Warmiensem debito suorum moerore et luctu deductum; sepultum fuit die Veneris secunda Aprilis.

Varia fuit statim de eius morte, uti fieri assolet, opinio. Quidam suspicati sunt eum hausto veneno, dubium quo auctore, cecidisse: quorum sententiam fulcire videntur maculae fuscae, quae corpus post exitum animae statim occupabant, item stupenda in initio morbi naturae prostratio, cum esset alias ex natura vigorosus et fortis. Alii putabant senium fuisse mortis causam; quatuor enim et sexaginta annos iam excesserat. Nonnulli existimavere eum decessisse ex moerore et vehementi animi anxietate, quia complures habebat sibi adversantes.

Primores enim Prussiae magna ei ex parte contrarii fuerunt. Nobilitas propter districtus Tolkemith et Scharffaw, quos pro ecclesiae donatione perpetua a Regia Maiestate impetravit, item propter exemptionem districtuum Stuhm et Dyrsaw, quibus ipsi alias posse solebant. Civitates vero — El-

bingum propter iudicium, quod in piscatores, qui in brachio maris »hab« vocato piscantur, ex consuetudine exercuerunt in oppido Tolkemith, et quasdam possessiones, quas Civitates suae esse praetendebant, episcopus autem e diverso competere sibi ius in his omnibus occasione districtus Tolkemith omni iure sibi donati, in quo consistunt praedicta, asserebat. At vero Gedanum propter Neriam ecclesiae, quam ab eis repetebat, et praeterea propter possessiones quasdam per eandem civitatem a districtu Scharffaw alienatas.

Cruciferi etiam capitalem esse inimicum ordini suo episcopum rati, in dissensione semper cum eo vivebant. Wilhelmus praeterea de Eysenberg ordinis Marscalcus impudentissimum famosum libellum paulo ante mortem Episcopi de eo edidit. Parco de praedonibus, quibus tunc scatebat Prussia. qui multa mala ex suggestione quorundam hominum episcopo, uti ipse suspicabatur, incendio intulerunt et moliri mala in ipsius caput non cessaverunt.

Longum foret omnia persequi, verum hoc sine contradictione constat, adversarios praedictos omnem suam navasse operam pro virili parte, et id ipsum longo tempore, ut stomachum Regis et indignationem in dominum episcopum concitarent, Regi alioquin semper acceptissimum. Et ut hoc ipsum perficerent, usi sunt varia arte, calliditate et ingenio; sed episcopus vitae suae suffultus integritate omnia illorum conamina flocci faciebat.

Ego vero, quam opinionum praedictarum de ipsius morte sequar, non video, rem tamen gestam circa eius mortem hisce meis oculis visam praesentibus annotavi. Liberum modo est cuilibet iudicare de ipsius morte et vita pro sua libidine. Qui vero conversationem et mores ipsius norunt, fateantur necessarium est, si modo fallax iudicium ferre erubescant, eum fuisse praelatum gravem, omni virtute et integritate praeditum, prudentem, sobrium, castum, iustum, conscientiosum, religiosum, doctum, admirandae constantiae virum, magnanimum, consultissimum, et ideo tribus

Regibus Poloniae successive: Alberto, Alexandro et Sigismundo, totique regno Poloniae acceptissimum; solebant enim stupere ipsius ingenium in consiliis et consultationibus rerum magnarum. Tota etiam Prussia, quae regno obedit, haud secus ipsum ac parentem venerabatur, antequam ex causis praedictis in dissensionem cum eo devenisset. Alii effutiant passim eius vitia, ut libet; ego in tantis, ut praedictum est, virtutibus, hoc praecipuum in eo esse vitium animadverti, quod sententiae suae nimis perseveranter inhaerebat, ex qua vix potuit fortissimis etiam argumentis expugnari. Audivit tamen libenter aliorum consilia, non tamen passim omnium, sed paucorum admodum, et eorum praesertim, qui ingenii claritate conspicui essent. Defectus etiam in eo admodum magnus fuit, quod conciliare sibi amorem et benevolentiam hominum non potuit. Et si in ea re gratiam habuisset, fuisset mirabilium operum effector; sed non omnia possumus omnes. Requiescat anima ipsius in sancta pace.

Vierte Abtheilung.

Ermland und das Frauenburger Domstift

zur Zeit von Coppernicus.

IV.

ERMLAND UND DAS FRAUENBURGER DOMSTIFT

ZUR ZEIT VON COPPERNICUS.

Im ersten Bande (Thl. I. Abschn. 2, S. 178—211) sind — unter Beifügung urkundlicher Belege — einige Ausführungen über das Bisthum und Domstift Ermland gegeben. Nachstehend werden, in Ergänzung jener gedrängten Darstellung, zwei grössere archivalische Schriftstücke mitgetheilt, welche der Zeit unmittelbar vor und nach Coppernicus entstammen und über manche auf dessen Leben bezügliche Verhältnisse wünschenswerthe Auskunft geben. Die beiden, auch für weitere Zwecke wichtigen Schriftstücke werden — das erstere in dem bischöflichen, das zweite in dem Kapitels-Archive — zu Frauenburg aufbewahrt und sind erst vor kurzem von Hipler in dem »Spicilegium Copernicanum« (S. 236—265) veröffentlicht worden.

A. Die Beschreibung des Bisthums Ermland

von Martin Cromer.

Wir besitzen von sehr kundiger Feder eine Beschreibung von Land und Leuten in Ermland aus dem Ende des 16. Jahrhunderts. Diese treffliche Schilderung des geistlichen Fürstenthums und der eigenartigen Verhältnisse, unter welchen Coppernicus während eines Zeitraums von fast vier Decennien gelebt hat, verdanken wir einem jüngern Zeitgenossen desselben, dem zweiten polnischen Bischofe Ermlands (1579—1589), dem gelehrten Geschichtschreiber seines Vaterlands, Martin Cromer.* Derselbe hatte das grosse Sammelwerk »de episcopatu Varmiensi« im Jahre 1572, bald nach seiner Einsetzung als Coadiutor des Kardinals Stanislaus Hosius begonnen und vier Jahre nach seiner Inthronisation im Jahre 1583 vollendet.**

Die nachstehend mitgetheilte Einleitung dieses Werkes enthält ausser einer allgemeinen Beschreibung des Landes eine Zusammenstellung der Rechte und Pflichten des Domstifts.

---

* Ausser seinem Hauptwerke »de origine et rebus gestis Polonorum« hat Cromer später, als er schon in Ermland lebte (als Coadiutor des Bischofs Stanisl. Hosius) sein oftmals aufgelegtes Werk »Polonia sive de situ Poloniae et gente Polona« im Jahre 1575 veröffentlicht.

** Cromer's grosses Sammelwerk »de episcopatu Varmiensi« enthält eine Beschreibung der Rechte und Pflichten, Einkünfte und Lasten der geistlichen Pfründen Ermlands und ist für die Geschichte der Diöcese wichtig durch die grosse Zahl der darin aufgenommenen Urkunden.

Die beiden ersten Bände, welche ausser der im Texte mitgetheilten Einleitung die Beschreibung von zehn ermländischen Dekanaten enthalten, werden im bischöflichen Archive zu Frauenburg aufbewahrt; der dritte Band, welcher die Geschichte der übrigen vier Dekanate umfasste, ist bis jetz nicht aufgefunden.

Varmiensis Episcopi Martini Cromeri

Prooemium

operis de episcopatu Varmiensis.

Ex quo divinitus nullis nostris meritis in hac specula Varmiensis episcopae primum ut coadiutor Illustrissimi et Reverendissimi olim D. Stanislai Hosii S. R. E. Cardinalis presbyteri, deinde ut successor et episcopus collocati sumus, studuimus pro virili nostra conditionem eius ipsius episcopae atque dioeceseos non modo in spiritualibus, verum etiam in temporalibus meliorem reddere. Quod quidem nemini obscurum est, nisi si quis forte malignitate excaecatus est. Cum autem antiquitus nullae exstarent parochiarum et aliorum sacerdotiorum cum suis rationibus, oneribus et proventibus descriptiones, quae Episcopo cognitu necessariae sunt, operae pretium esse iudicavimus, curare, ut eae undique conquirerentur, in ordinem redigerentur et conscriberentur. Unde tria haec volumina confecta sunt. Ea igitur successoribus nostris et supra memoratae Varmiensi Ecclesiae relinquimus et donamus. Sperantes id non modo ipsis Successoribus et Ecclesiae gratum. sed etiam apud Deum Opt. Max. nobis meritorium fore. Datum Heilsbergae mense Aprili Anno Domini 1583.

Varmiensis Episcopatus et Episcopus.

Varmiensis Episcopatus a regione Varmia, quae est praecipua pars dioeceseos ac ditionis episcopalis, nomen habet. Germani »Hermelandt« appellant. Appellatus est etiam Brunsbergensis ab oppido, in quo primum matrix ecclesia et sedes episcopalis erecta fuit.

Conditus autem is est ab Innocentio eius nominis quarto Pont. Max. per legatum Wilhelmum Mutinensem Episcopum (qui postea fuit Sabinensis) anno a Christo nato 1243. Quo tempore etiam Sambiensis et Pomesaniensis Episcopatus fundati et erecti sunt, terris, quae de Prussis paganis a Teutonibus Crucigeris et cruce signata promiscua complurium nationum multitudine multis annis subactae erant atque etiam tunc subigebantur, inter Episcopos et ordinem Crucigerorum autoritate Apostolica (cui terrae illae per sacratos milites acquisitae et subiectae erant) divisis ac distributis, ita ut Crucigeris propter onera bellorum atque defensionis duae partes, Episcopis vero tertia cum omnibus emolumentis et iurisdictione obveniret, et nihilo minus obtinerent Episcopi autoritatem et ius episcopale etiam in duabus Crucigerorum partibus, suae quisque dioeceseos.

His autem limitibus Varmiensis dioecesis tunc terminata est: Mari recenti sive Habo et Druzno sive Drauseno lacubus, Passalicone et Praegola fluminibus usque ad terminos Lituanorum. Ita quidem habet diploma pontificium. Sed qui sit Passalico fluvius, non constat. Nisi forte est Passaria, qui et Seria per apocopen dicitur et aliqua ex parte etiam nunc ducalem ditionem ab episcopali disterminat, ducta ad eum a medio Druzno linea per transversum, sive per rivum Elster in eum ipsum Drusnum influentem. Mulhausen quidem et Marienfeldt parochiae cis eum rivum in Elbingensi Archypresbyteratu, ad Varmiensem Episcopatum pertinente, sitae sunt antiquitus. A fonte vero Passariae usque ad Praegolam (quae permagna est regionum intercapedo,

nullus tunc certus constitutus est limes, propterea quod Crucigeri bella cum Lituanis infidelibus gerentes in dies magis ac magis in ditionem eorum fines suos proferebant; atque id quicquid subegissent. Varmiensi dioecesi, ditioni vero Episcopi tertia pars eius ex praescripto pontificio cedere debuit.

Subiectus est autem Varmiensis Episcopus cum sua dioecesi iure metropolitico Rigensi Archiepiscopo, (ab 80 prope annis desiit ei subesse, ut patet ex literis Archiepiscopi Michaelis in archivo Heilsbergensi exstantibus de anno 1501) et in ea subiectione permansit propemodum, donec metropolis illa labe haeretica infecta est. Nunc nullum agnoscit Archiepiscopum, immediate subiecta sedi apostolicae, cui, sicut dudum dictum est, ab initio in temporalibus fuit subiecta, a Crucigerorum atque adeo ab imperatorum etiam Romanorum dominatu et iurisdictione prorsus immunis. Quanquam quodam tempore imperatores in Episcopos itidem atque in ordinem Crucigerorum nescio quam iurisdictionem ultro ab eis susceptam usurparunt, et Episcopus Varmiensis princeps imperii dicebatur et habebatur.

Episcopi creatio initio penes Pontificem Max. fuit. Deinde Collegium canonicorum sive Capitulum electionem liberam obtinuit, nullo generis, ortus de nationum discrimine, Pontificis tamen Max. (ultra ius confirmandi) etiam absolutae potestati obnoxiam, donec bello adversus Crucigeros a Rege Poloniae Cazimiro eius nominis tertio conflato Nicolaus Tungenus Episcopus una cum Capitulo (Crucigeris et Mathiae regi Ungariae foederati) in angustum redacti, novo foedere et iureiurando Regi et Regno Poloniae sese addixere. Ibi tunc adstricta nonnihil electione in pactis convenit, ut non nisi gratus Regi Episcopus eligeretur et, ut iuraret is in verba Regis. Postea regnante Sigismundi seniore ea quoque ratio eligendi Episcopi mutata est, convenitque, ut Rex quatuor indigenas de Capitulo edat et nominet, de quibus Capitulum unum eligat

electumque cum Rege Pontifici Maximo confirmandum commendet.

In senatu Prussicio principem locum Varmiensis Episcopus obtinet, et praerogativam eius convocandi, proponendi in consultationem quae opus sunt, diem dicendi reis quibusvis in conventu iudicandis, et concludendi promulgandique constitutiones publicas atque decreta.

Primus autem Episcopus autoritate pontificia factus est Anselmus unus e Crucigerorum ordine, cuius electione (Crucigeris quam Episcopo et ecclesiae commodiore) tertia pars dioeceseos, dudum memoratis finibus necdum ad amussim circumscriptae, Episcopi ditioni certis limitibus segregata est et Cruciferica ditione ferme undique circumsepta. Nec tamen ea divisio rata mansit, accisa postea quoquoversum maiorem in modum dirione Episcopi et Capituli vi dolisque cupidorum Crucigerorum.

Erat sub illud ipsum tempus Brunsberga oppidum conditum a Brunone Olomucensi vel, ut nonnulli volunt, Pragensi Episcopo, cum is cruce signatam militiam cum Ottocaro Rege Bohemiae contra Prussos suscepisset. In ea igitur Anselmus (cum iam antea parochias quasdam constituisset) sedem ac domicilium suum, uti dudum memoratum est, collocavit: templum sive matricem ecclesiam titulo S. Andreae apostoli exili structura condidit, anno post Christum natum 1260 et in ea XVI Canonicos cum IV Praelatis instituit.

Aliquanto autem post secundi Episcopi Henrici tempore Basilica sive matrix ecclesia una cum sacro collegio et cathedra Episcopi Fraunburgum, seu verius in collem Fraumburgo oppido posterius condito et Habo impendentem translata est. Manetque colli simul et oppido nomen, ex eo quod Basilica virginis matris (quam dominam vocare germanis non inusitatum est) nomine dedicata est, vel, ut alii volunt, a matrona sive domina donatrice.

Habitata est autem et culta episcopalis ditio, quemadmodum

et ea quam Crucigeri obtinuerunt, partim a reliquiis subactorum Prussorum, partim a deductis in vacuos agros et pagos, vastasque et silvestres solitudines e Germania coloniis. Atque inde est, quod permagnus est et fere popularis in maxima parte Episcopatus Germanicae linguae, partim maritimae, partim superioris et mediterraneae usus, et Germanica sunt pleraque omnia pagorum oppidorum et arcium nomina, quibus advenae contra barbarorum indigenarum impetum fraudesque successu temporum sese munierunt. Cum Saxonicae autem tum Lubecenses leges a Germanis in totam dioecesim invectae sunt; verum Lubecenses in duo tantum oppida, Brunsbergam et Fraumburgum, Saxonicae Culmensis iuris nomine censentur mutatis aliquot earum articulis. Priscum vero Prussicum ius iam propemodum exolevit. Quae vero loca vergunt ad Austrum et Euronotum, a Polonis fere Polonica lingua utentibus coluntur, pagi praesertim. Condita sunt autem secundum supra memoratam Brunsbergam oppida: Wormita sive Wormdita, Melsacum, Gutstadia, Heilsberga, Seeburgum, Reselia, Vartemberga et Allensteinum cum adiunctis arcibus et domibus sive curiis dominicis; sine arcibus vero Fraumburgum, Bisteinum et Bisburgum. Tametsi Bisburgum quoque, quod Biskupiec a Polonis dicitur, olim arcem habuit, cuius adhuc apparent vestigia in colle oppido imminenti, Bisteinum vero curiam; Fraumburgi basilica moenibus cincta pro arce est. Accessit his postea Tolkemita donatione Regis Alexandri et Sigismundi in compensationem damnorum bello superiori acceptorum, sed regnante Sigismundo Augusto rursus detracta est, praetextu interdicti seu legis cuiusdam, et a rege vindicata. Scharpam quoque sive Scharfam territorium insulae maioris cum officio piscaturae, et iure LX navium anguillarium, quae Keitelae vulgo vocantur, idem Alexander Lucae Episcopo donavit, ea conditione, ut ea sibi redimeret a quodam hypothecario possessore. Et redemit is quidem; sed Mauricius Gedanensis successor eius vendidit Scharpam Gedanensi civitati; ius

tamen Keitelarum retinuit et cum Capitulo pro rata portione partitus est.

Praedia nulla Episcopus initio habuit. Postea condita sunt exstirpatis silvis et in culturam redactis agris: sed pleraque a posterioribus Episcopis rursus vendita. Nonnulla nunc denuo excitantur.

Lacus non paucos et piscosos habet Episcopatus et mellificia luculenta. Ferarum quoque olim permagna fuit copia, priusquam excinderentur et exstirparentur silvae: sunt et moletrinae non infructuosae. Inde et e subditorum pensitationibus sustentabat se Episcopus cum suis.

Ordines hominum in Episcopatu commorantium et bona possidentium duo sunt: ecclesiasticus et profanus, sive spiritualis et saecularis. In ecclesiastico censentur praelati, canonici, parochi et caeteri sacerdotes et clerici. Atque hi omnes in tota dioecesi Episcopi potestati et iurisdictioni subiecti sunt. Profanus tria genera hominum continet: nobilitatem sive equestrem ordinem, oppidanos et rusticos. Sunt et liberi nonnulli medii quodammodo inter equites et rusticos et iis fere pares conditione sculteti, patroni et advocati pagorum. Qui utrique aeque ac nobilitas equestri militiae ad imperium Episcopi obnoxii sunt, (nam oppidani et rustici, cum opus est, pedestres militant) et insuper arcium muniendarum et reficiendarum onus ferunt. Ab aliis operis ordinariis, itemque a censibus immunes, cum emptitios agros habeant, itidem ac nobilitas. Pensitant tamen liberi itidem atque nobiles de praediis suis aratralem annonam, pro locorum ratione et ex praescripto privilegiorum suorum. Nempe siliginem et avenam, vel triticum vel hordeum. Itemque certum pondus cerae et senos nummos sive obolos in professionem subiectionis. Pendit etiam ex agris adscriptitiorum suorum annonam aratralem nobilitas; habet enim ea quoque subiectos sibi pagos rusticos.

Oppidani colendis agris, re pecuaria, cerevisia coquenda et

vendenda et opificiis victum quaeritant. E domibus et agris censum Episcopo pensitant: operas vero ad munitionem et utilitatem oppidi sui quisque publicam praestant. Rustici vero glebae adscriptitii et minus liberae conditionis agricolae sunt et ipsi et pecuarii (quod omnibus statibus commune est) et nonnulli mellificiorum curatores. Hi et censum de singulis mansis, et gallos, gallinasve, vel anseres pensitant, et ligna convehunt, et operas gratuitas praestant Episcopo, vel suo quisque hero; nec licet eis liberisve eorum maribus ex Episcopatu migrare, nisi se redimant, exceptis iis, qui sacris initiantur, aut literarum studiis sese addixere.

Ab initio fundati Episcopatus exigui census et modicae operae impositae sunt advenis iuxta ac indigenis, propter continentia bella et incultos agros. Quin cum Episcopi praediis carentes operis non indigerent, passi sunt, ut rustici plerique eas parvo redimerent, quod etiamnunc ita durat, vocanturque liberi pagi.

Decimas etiam ex agris omnes ordines profani pensitabant Episcopo et Capitulo antiquitus: verum eae deinde ad parochos translatae sunt.

Jurant autem omnes status, praeter sacerdotes, fidelitatem et obedientiam novo Episcopo. Porro ex pacto supramemorati Nicolai Episcopi, etiam in novi Regis Poloniae, tanquam domini et protectoris ecclesiae, verba iurant tam Capitulares, quam Episcopales subditi, quin et praelati, canonici et caeteri beneficiati.

Tributa extraordinaria nulla imperat subditis suis Episcopus neque Capitulum. Sed si quid opus est, sacerdotum quidem synodus, profanorum vero ordinum, nempe nobilitatis, civitatum, liberorum et scultetorum conventus ab utrisque Heilsbergam plerumque cogitur. Eius consensu tributum scitur, constitutiones novae conduntur, et si quid in conventu Regiarum terrarum Prussiae decretum est, ad suos et Capitulares subditos refert Episcopus, ut eorum assensu approbetur et suscipiatur. Neque enim ii obnixii sunt communibus illis caeterarum

illarum Prussiae conventibus, ac neque Capitulum. Solus eis interest et praeest Episcopus. Atque hae sunt rationes subditorum Episcopalium. Praeficiuntur autem iis per arces et territoria praefecti singuli. Qui iidem sunt curatores rei familiaris Episcopalis, quorum plerique germanice Burgrabii appellantur, nonnulli Capitanei, addito arcis nomine. Civitatibus vero peculiariter praesunt magistratus ab ipsis civibus delecti, qui consules vocantur. Ex iis magistri civium Brunsbergae tres sunt, in aliis vero oppidis bini, Bisburgi unus.

Est autem totius Episcopalis ditionis unus iudex (Advocatum terrestrem vocant) qui causas criminales, rixarum, et vulnerum, itemque fundorum et haereditatum iudicat, eamque ob rem bis quotannis oppida Episcopo subiecta obit. Alia vero iudicia in oppidis quidem magistratus civiles, in pagis autem sculteti et praefecti exercent. Ab omnibus porro ordine provocatur ad Episcopum, exceptis criminalibus causis. In civilibus nobilitas non temere se ab alio quoquam, quam ab ipso Episcopo, vel peculiariter delegatis ab eo iudicibus sive commissariis iudicari sustinet. Sed ad advocatum revertamur. Penes eum solet esse etiam cura rei bellicae et praefectura copiarum.

Est et Oeconomus, qui universae rei familiaris Episcopalis curam gerit, census et alios proventus colligit et rationes accepti et expensi a praefectis exigit, penum et cellam curat, contractus subditorum inter ipsos de fundis admittit et annotat.

Habet etiam Episcopus iudiciorum ecclesiasticorum administrum, scripturarumque et scribarum magistrum, Cancellarium, et alterum itidem spiritualium iudiciorum vicarium, qui Officialis generalis appellatur. Atque is solet esse unus de sacro collegio sive Capitulo, Cancellarius etiam plerumque.

Sed iam perstricto obiter Episcopatu et Episcopo, ad ecclesias ipsi subiectas transeundum est, ordiendumque a matrice sive basilica.

Cathedralis ecclesia sive Basilica Fraumburgensis.

Est ea satis decora et magnifica in colle, ut iam dictum est, exaedificata et moenibus cincta, intra quae sunt etiam Episcopalis et aliquot canonicorum aliorumque ministrorum ecclesiae domus; caeterae foris sunt in patentibus campis et curiae vocantur, propterea quod habent adiunctos hortos et praedia fere cum re pecuaria.

Praelati.

Ecclesiae secundum Episcopum praesunt praelati et canonici. Sunt autem praelati quatuor. Nimirum Praepositus, Decanus, Custos, et Cantor, iam inde ab initio ab Anselmo primo Episcopo, quemadmodum superius dictum est, constituti (Cantor tamen in eius diplomate Custodi praeponitur). Haec sunt autem praelatorum munia.

Praepositus praesidet Capitulo idque convocat, negotia tractanda ei proponit, suffragii potestatem cuique facit, et secundum ea plura decernit. Ipso absente aut nolente, ut quisque ei loco proximus est, haec peragit.

Decani munus est vicariis et choralibus praeesse et cantui ritibusque ecclesiasticis in templo moderari.

Custos thesauri et suppellectilis ecclesiasticae sacrariique curam habet; panem, vinum, thus, ceram, ignem et alia necessaria usibus templi et cultui divino suppeditat. Ea per vicarium etiam diaconum administrat.

Cantoris officium est, festis totis duplicibus praecinere choro, sive inchoare vel intonare cantum choralium cum uno de vicariis, cuius vices sunt hebdomadariae. Quod ipse quoque per conductum aliquem de vicariis praestare solet.

Horum nullus in Capitulo locum habet, neque emolumentorum ullorum capitularium particeps est. Reditus modo certi anniversarii penduntur eis a capitulo; praeposito quidem marcae leves

sive communes XL, Decano XXVIII, Custodi XX, Cantori XVI. Praeter, qui Canonicatum simul obtinent, quod fit plerumque. Tunc enim omnium emolumentorum fiunt participes, quemadmodum alii canonici, et praerogativum loci et suffragii habent. Caeterum in templo divinisque ministeriis (sive sit canonici, sive non, et sive in sacris ordinibus, sive non) prima loca tenent eo, quo dudum enumerati sunt ordine.

Reservarat Anselmus initio sibi et successoribus suis Episcopis etiam Archidiaconi institutionem, et fundavit eum Lucas Episcopus (ut patet ex eius literis in archivo Heilsbergensi episcopali exstantibus de anno D. 1503): sed unicus is fuit. Fuit et Scholasticus aliquamdiu. Institutus fuit aliquando etiam Suffraganeus, Kivitensi parochia ipsi attributa; sed unicus is quoque fuit.

Totis duplicibus festis si non canat Episcopus, canit praelatus aliquis summum sacrum et vesperas.

Canonici.

Canonici fuerunt quodam tempore XXIIII, novis praebendis octo a posterioribus Episcopis post Anselmum institutis. Praebendae partim maiores, partim minores, partim mediae vocabantur. Verum eae omnes in sexdecim Pontificis Max. autoritate redactae sunt, ut Anselmus instituerat. Adiuncta est quodam tempore communi Episcopi et Capituli decreto decima septima praebenda S. Andreae nomine, cuius corpus quotannis ad utilitatem et necessitatem urgentem Ecclesiae et Capituli asservatur.

Ordo in templo et processionibus inter canonicos hic servatur, ut prima loca teneant presbyteri, deinde diaconi, mox subdiaconi, extrema ii, qui in minoribus ordinibus sunt, etiamsi priores cooptati sive recepti fuerint.

Collegium canonicorum, quod Capitulum vulgo vocatur, est consilium Episcopi, custodes iuris Episcopalis, protectores

ecclesiae et subditorum eius, et in basilicâ administri sacrorum cultusque divini. Quem partim universi administrant, partim aliquot simul, partim singuli per certas vices hebdomadarias.

Tum demum autem canonici fiunt capitulares, quando sunt in sacris ordinibus, hoc est, presbyteri, diaconi, vel subdiaconi, et cooptati in collegium, mensem unum circa basilicam in cultu divino exegerint.

Convenit Collegium sive Capitulum e praescripto statuti quolibet mense semel. Extra ordinem vero, quoties opus est, convocatum a praesidente.

Electio praelatorum et canonicorum communis est Capitulo cum Episcopo, Anselmi Episcopi constitutione. Alternos tamen menses Pontifex Max. usurpat, sive adeo ipsis reliquit vigore pacti, sive ut vocant, compactatorum cum ecclesiis Germaniae, quae hunc etiam Episcopatum complectuntur. Ac priores quoque menses (nempe Januarius, Martius etc.) Pontifici debentur, posteriores ordinariis.

Proventus praelatis et canonicis universe initio ab eodem Anselmo in ditione Episcopali segregati sunt: quaedam terrae cum decimis suis, et iurisdictione et aliis utilitatibus (his enim verbis ille utitur in suo diplomate). Sed posteriori tempore Episcopus partitus est Episcopatus totius bona cum Capitulo, ita ut duas eius partes sibi retineret, tertiam concederet Capitulo certis limitibus distinctam. Cesserunt autem per sortem Capitulo Allensteinense, Melsacense, et Fraumburgense territoria, una cum iurisdictione, qualem habuit Episcopus, et mero mixtoque imperio.

Inde proveniunt Capitulo emolumenta e moletrinis, praediis, lacubus, silvis, frugibus, censibus, anserum, gallorum, lignorum et aliis pensionibus subditorum. Habet id etiam ius rusticarum operarum, itidem atque Episcopus. Quae partim praestantur, partim redimuntur.

His accesserat paulo ante nostra tempora Tolkemitense terri-

torium cum oppido, a° Luca Episcopo et successore eius donatum, de quo superius mentio facta est.

Acquisivit postea Capitulum donationibus et emptionibus, vel aliquo alio pacto nonnulla alia bona et census in ditione Episcopali, partim ab ipsis Episcopis, partim a vasallis eius. Sed in his iurisdictio summa manet penes Episcopum. Ex his autem omnibus bonis emolumenta quotannis ad basilicam comportantur, et in vicariorum reditus, choralium salaria, fabricam, anniversaria defunctorum officia aliaque cultus divini et basilicae onera (quae sustinet antiquitus Capitulum) impenduntur, praelatis et canonicis praebendae, sive corpora earum anniversaria certa ratione distribuuntur. Praelatis quidem in quovis ordine ecclesiastico, absentibus iuxta ac praesentibus, pro rata portione, quemadmodum dudum notatum est, integra; Canonicis vero aequaliter residentibus quidem sexagenae marcae communes, quod est integrum corpus; non residentibus vero dimidium eius, nempe tricenae marcae, etiamsi non sint in sacris ordinibus. Is tamen qui est in comitatu et ministerio Episcopi, et nonnulli alii certis de causis statuto perscriptis absentes residentibus in hoc exaequantur. S. Andreae nomine duplum integri corporis in arcem Allensteinensem reconditur. Neque enim habent Canonici distinctas et inaequales praebendas, sive ut vocant fundos. Reliqua vero pecunia (exceptis quibusdam rationibus) inter residentes pro portione diligentiae in cultu divino certo anni tempore dividitur. Et antiquitus quidem aequaliter; iam vero nova Cardinalis Hosii constitutione diacono dimidium, subdiacono autem tertia pars eius, quod accipit presbyter. Nuper adeo ad praescriptum consilii Tridentini distributiones quotidianae institutae sunt, et ex ea summa reliqui de sententia nostra in dies certa ratione distribuuntur iis modo, qui missae et minimum duabus horis canonicis interfuerint.

Distribuuntur praeterea certis anni temporibus siligo, avena, foenum, pisces, pulli gallorum, ligna, asseres et alia eiusmodi ad sustinendam remfamiliarem pertinentia. Eorum autem parti-

cipes fiunt ii demum, qui iis ipsis diebus, quibus ea distribui oportet, in templo sacris intersunt: idque partim aequaliter omnibus, partim pro supra memorata portione sacrorum ordinum.

Sunt etiam peculiaria praedia (allodia vulgo vocantur) non procul a basilica, quae cum vacuerint, singula singulis Canonicis petentibus, secundum senium, hoc est, pro eo ac prior quisque canonicatum adeptus est, sive sit in sacro ordine sive non, absenti iuxta ac praesenti (dum modo intra praestitutum tempus per procuratorem petat et intra praeteritum biennium vel semel basilicam viserit) a Capitulo gratis conferuntur.

Domus autem et curiae emptitiae sunt; sed ad eundem modum ut allodia a Capitulo conferuntur. Pretium secundum aestimationem Capituli priori possessori vel haeredibus eius interpolatis pensionibus exsolvitur.

Ordines subditorum profanorum et magistratus ad eundem modum sunt in Capitulari ac in Episcopali ditione, praeter quod Capitulum ultra Burgrabios etiam singulos fratres de collegio suo arcibus et territoriis suis quotannis praeficit, qui administratores vocantur, Fraumburgi vero iudex civitatis.

Luculentior cognitio rerum Capitularium e statutis et rationibus ipsius Capituli petatur.

B. Die Statuten des Ermländischen Domstifts zur Zeit von Coppernicus.

Die zur Zeit von Coppernicus für das Frauenburger Domstift geltenden Statuten waren unter dem Bischofe Nicolaus von Tüngen gegen Ende des 15. Jahrhunderts (zwischen 1485 und 1489) abgefasst;* sie sind nach der im Kapitels-Archive aufbewahrten Abschrift von Hipler im »Spicilegium Copernicanum« S. 246—265 abgedruckt. — Die nächste Redaktion der Kapitels-Statuten fand erst ein Decennium vor dem Tode von Coppernicus statt (unter dem Bischofe Mauritius Ferber im Jahre 1532).

* Die Zeit der Promulgation der unter Bischof Nicolaus von Tüngen (1467—1489) neu redigirten Statuten des Ermländischen Domstifts lässt sich ausreichend bestimmen; sie muss innerhalb der Jahre 1485 bis 1489 erfolgt sein. Die letztere Grenze ist durch das Todesjahr des Bischofs Nicolaus von Tüngen gegeben (er starb am 14. Februar 1489). Andererseits kann die Redaktion aber frühestens in der zweiten Hälfte des Jahres 1485 erfolgt sein, da der an letzter Stelle aufgeführte Domherr Andreas Tostier de Cleetz erst am 4. Juni 1485 in das Kapitel aufgenommen wurde.

Das Ermländische Domstift war von dem ersten Bischofe Anselm im Jahre 1260 fundirt und durch ein zweites Dokument d. d. 27. Jan. 1264 bestätigt worden (Cod. Diplom.-Warm. I, 85).

Die ältesten von Anselmus selbst entworfenen Kapitel-Statuten waren bald als unzulänglich erkannt. Aber erst der Bischof Joh. Stryprock (1355—1373) beantragte eine durchgreifende Umgestaltung bei der päpstlichen Kurie; seinem Nachfolger Heinrich Soerbom war es vorbehalten, die neuen Statuten im Jahre 1384 zu veröffentlichen. (Voigt Cod. diplom. Pruss. V, 27. Fernere Abänderungen werden uns aus dem Jahre 1393 und dann weiterhin bis zum Jahre 1423 vereinzelt gemeldet. (Cod. diplom. Warm. III. 119. 251. 323. 344.)

---

(1) In nomine Domini Amen. Nos Nicolaus Dei et apostolicae sedis gratia Episcopus, Enoch praepositus, Christianus Decanus. Thomas Werner Custos, Thomas Kynast Cantor, Wernerus Mederich, Hieronymus Waldow, Johannes Czannaw, Leonardus de Loyden, Caspar Velkener, Zacharias Tapiaw, Martinus Achtisnicht, Mathias de Launaw, Lucas Watczelrode, Helias de Darethen, Andreas Tostier de Cletz — Capitulum ecclesiae Warmiensis capitulariter congregatum —: Attentis variis additionibus et declarationibus circa antiqua dicti Capituli statuta dudum editis et in diversis locis librorum eiusdem Capituli sparsim contentis easdem cum statutis ipsis in unum comportando pro honore dei ac bono ac tranquillo statu ecclesiae ac Capituli eiusdem ordinamus et statuimus infrascripta. Et quia sanctorum patrum tradit auctoritas, quod beneficium datur propter officium, etiam quia haec fuit dictae ecclesiae fundatorum et eorum, qui sua ei beneficia contulerunt, intentio, ut in ea honor dei sanctorumque illius frequentaretur in divinis.

(2) Statuimus primo, ut in eadem Warmiensi ecclesia missarum et alia tam diurna quam nocturna pro vivis et defunctis ab ecclesia catholica instituta officia eo modo et ordine peragantur, quo magis placari deus et sanctis eius exhiberi possit reverentia maior, laudabili tamen et diu in eadem ecclesia frequentato non mutato ordine. Eo etiam moderamine semper adhibito, ut in eo maior solicitudo habeatur, quod in conspectu dei magis sit acceptum.

(3) Item statuimus et ordinamus, quod Canonici Warmienses maiores praebendas obtinentes, de quibus tantum Statuta infrascripta intelligi volumus, nisi de mediis et minoribus praebendis, praebendatis et de vicariis mentio fiat specialis, teneantur secundum ordinem curiarum ebdomadas in ecclesia hoc modo, ut in festis totum duplicibus in ipsa ebdomada occurrentibus Canonicus, quem ebdomada contigerit, per se vel per alium Canonicum ipsius festi officium in ecclesia peragere, a primis vesperis incipiendo usque ad Completorium festivae diei inclusive. (Nisi festum ipsum die Sabbati evenerit.) Tunc enim Canonicus immediate sequens Secundas vesperas cum Completorio, si extra Quadragesimam fuerit, in XL^ma autem solum Completorium tenere sit adstrictus. Quo . . (?) hoc enim ebdomadam a meridie unius Sabbati inchoari et in meridie alterius Sabbati immediate sequentis terminare censemus. In festo autem duplici aut semiduplici celebri Canonicus ebdomadarius solum Missam summam per se vel per alium Canonicum cantare tenebitur. Reliquum vero ipsius festi officium per Vicarium ebdomadarium compleatur. In utrisque tamen festivitatibus ministros altaris in prandio procurare tenebitur. Et si praemissorum aliquid adimplere neglexerit, panum distributionis proximo post negligentiam occurrente sit privatus ipso facto in poenam negligentiae sic commissae.

(4) Item statuimus, quod Ebdomadarius omnibus horis canonicis infra suam ebdomadam per Chorales decantari consuetis a principio usque ad finem in stallo residendo personaliter interesse teneatur diligentemque curam adhibere, ut chorales ipsi cum debita reverentia et integritate officia devote perficiant. Ipso tamen legitime impedito per alium Canonicum poterit eius suppleri praesentia, nisi ratione legationis vel infirmitatis excusetur. Ipse etiam Ebdomadarius negligentiam, irreverentiam aut insolentiam dictorum Choralium dominis eorum denunciet, qui si in corrigendo negligentes fuerint, de hoc per Ebdomadarium relatio fiat in Capitulo ex tunc de proximo celebrando. Negligenti

in praemissis et pro qualibet hora unus scotus de proxima distributione subtrahatur. Chorales vero ex suorum negligentia dominorum iurisdictioni capituli subiacebunt.

(5) Item statuimus, quod, quotiens dominum Episcopum contigerit divina in ecclesia Warmiensi celebrare, duo Canonici receptione iuniores teneantur induti sacris vestibus, iunior eorum Epistolam et immediate sequens Evangelium legendo eidem ministrare. Duo quoque ex praelatis seu illis deficientibus seniores Canonici apud altare in missa et in thurificando eidem assistant iuxta laudabilem consuetudinem observatam. In festis etiam totis duplicibus aliisque diebus lectiones et homilias et versus ad Responsoria aliaque per iuniores Canonicus legi et cantari consueta numero et modo prout per consuetudinem tentum est, sub debitis distinctionibus et accentibus congrue et intelligibiliter legendo et cantando diligenter perficiant. Quod si aliquem eorundem nondum sacrum ordinem ad praemissa vel aliquod praemissorum requisitum contigerit suscepisse, vel fore alias legitime impeditum, extunc faciat, ut per aliquem habilem ex Cocanonicis huiusmodi ministerium exequatur nec eundem causa quaecunque excusabit, quin ministerium ipsum vel per se vel surrogandum per eum compleatur. Absurdum est enim, quod seniores supplere debeant negligentias iuniorum, qui de iure communi etiam servire tenentur senioribus. Et qui culpabilis repertus fuerit in praemissis, pro primo articulo in uno fertone et pro singulis aliis totiens quotiens in duobus scotis de praebenda sibi defalcandis puniatur.

(6) Item statuimus, quod in ecclesia Warmiensi in stallis, processionibus aliisque domini cultum tangentibus ordinatio iuris communis servetur, qua cavetur, quod presbyteri primum locum, diaconi 2um, subdiaconi 3um, et sic de reliquis obtineant ordinatim, etiam si posterius sint recepti. Et si quis contravenire praesumpserit, per praelatum superiorem una cum Capitulo totiens quotiens in panum distributionibus puniatur.

(7) Item, ut numerus in choro servientium sive psallentium

continuata integritate perduret, statuimus, quod nullus Canonicorum choralem suum infra horas divinas, per ipsos decantari consuetas, nullius officii seu ministerii praetextu extra chorum evocet. Nec ipse choralis, cuius ad hoc persona et industria censetur electa, ab eodem choro se absentare praesumat, nisi in magna necessitate super hoc a Canonico Ebdomadario licentia petita fuerit et obtenta. Ordinationibus nihilominus memoratis choralibus, quoad poenas pecuniarias pro eorum negligentiis infligendas datis. in suo robore permansuris.

(8) Item Statuimus, quod deinceps nullus Canonicorum optet aliquod altare in ecclesia Warmiensi, sed sit altari sibi per praedecessorem suum dimisso contentus, salva consuetudine de primis quatuor altaribus per praelatos maioribus praebendis praebendatos eligendis hactenus observata. Et quotiens ratione electionis huiusmodi aliquod altare vacare contigerit, iuxta senium et modum alias consuetum optio altarium habeatur. Quodque quilibet Canonicus, etiamsi absens fuerit, in festis totum duplicibus in primis vesperis, in matutinis et summa missa dictorum festorum, in festis vero duplicibus celebribus et quatuor doctorum in primis vesperis et matutinis in suo altari duos cereos ardentes secundum laudabilem consuetudinem habere teneatur. Praeterea Vicarius habens Vicariam certe dignitati vel praebendae annexam in altari collatoris sui missam teneatur celebrare, dum tamen per collatorem suum sibi quoad huiusmodi officium de luminaribus fuerit praevisum competenter, nisi de voluntate eiusdem collatoris aliter fuerit ordinatum.

(9) Item Statuimus, quod quilibet Vicarius et praesertim habens reditus, qui redimi possunt, Canonico sive praelato. cui Vicaria sua assignata est, numerum marcarum seu redituum et copias literarum sive instrumentorum desuper confectorum cum exhibitione originalium, quotiens requisitus fuerit, tradere teneatur, in sua vero absentia eius procuratori. Praebenda autem vacante Seniori Capituli praesentet easdem. In morte autem ultimae

voluntatis suae executores literas originales, sive instrumenta publica, eidem Canonico vel eius procuratori, si praesens non fuerit, vel alio modo praedicto per iuramentum suum de more Capituli integras prout fuerint offerant et illaesas.

(10) Item pro conservatione communium vicariarum Statuimus, quod confici debeant duo registra sive inventaria eiusdem tenoris omnium fructuum, redituum, literarum, ornamentorum et attinentium earundem vicariarum et elymosinarum, quorum unum apud Capitulum, reliquum vero apud Vicarios seu Seniores eorundem permanebunt debeantque singulis annis certi per Capitulum deputari Canonici, qui bis in anno, videlicet feriis Sextis, Quatuortemporum, post diem Cinerum et festum sanctae Crucis cum senioribus aut procuratoribus ipsorum Vicariorum concurrant de capsa ad capsam altarium vel alias iuxta exigentiam registrorum integritatem literarum, redituum, proventuum, ornamentorum et attinentiarum visuri. Quod si aliquis Vicariorum aut Elymosenariorum in censibus aut attinentiis huiusmodi detrimentum vicariae suae sua desidia, negligentia vel malitia quomodolibet intulerit, aut literas censuum, redituum vel ornamenta praedicta per se vel alium exhibere non curaverit, a perceptione fructuum et iurium vicariae, vel elemosynae, necnon distributionum, per praelatum aut Canonicum seniorem salvis aliis poenis a iure expressis irremissibiliter suspendatur, donec vitium huiusmodi realiter purgaverit et cum effectu. Mortuo vero Vicario vel Elemosynario civiliter vel naturaliter, fructus, reditus, iura et bona eius, quaecunque mobilia et immobilia sint arrestati. Et ne fraus contra hanc ordinationem fabricari valeat, executores testamentorum infra XV dies Capitulo testamentum ipsius, si quod fecerit, edere et praesentare teneantur cum effectu. Et testamentum sive ultimam voluntatem huiusmodi nullo modo exequantur, nisi de indemnitate beneficii sic vacantis sufficienter cautum fuerit et provisum in omnibus, prout supra est expressum.

(11) Item Statuimus, quod Canonicus de novo intrans ad

fabricam decem, et pro ornatibus ad divinum officium spectantibus octo marcas infra quinquennium a die receptionis suae computandum solvere teneatur. Si autem dictus Canonicus in ipso introitu etiam praelaturam aliquam assecutus fuerit, addat ratione praelaturae huiusmodi marcas duas pro dictis ornatibus infra terminum supradictum. Sed si post lapsum quinquennium praelaturam consequetur, solvat dictas duas marcas a tempore receptionis ad eandem infra annum. Quodsi eundem, ut praemittitur, per cessum vel decessum dicta beneficia aut alterum eorundem dimittere contigerit, de sua praebenda aut bonis tantum retineatur.

(12) Item Statuimus, quod nullus Canonicus de novo intrans aliquam distributionem percipiat, nisi pistoriae de quadraginta Marcis satisfecerit, prout est hactenus observatum.

(13) Item Statuimus, quod Canonicus de novo intrans et residens censeri volens debeat apud dictam ecclesiam animo residendi XXX quotannis diebus singulis ipsorum duabus horis canonicis ad minus in loco, ubi cantantur, a principio usque ad finem interessendo, sola panum et cervisiae perceptione contentus permanere. Quibus expletis si in eodem animo continue residendi permanserit, familiamque quotidianam et expensas ac apparatum, quem ordo rei familiaris exposcit, habere visus fuerit, ipsum residentem censeri et, nisi aliud sibi obsistat, infrascriptarum distributionum participem fieri posse declaramus.

(14) Item Statuimus, quod annus residentiae apud dictam ecclesiam quoad perceptionem fructuum praebendae incipiat a festo beati Martini Episcopi et Confessoris.

(15) Item Statuimus, quod Canonicus, qui in praefato festo Sancti Martini usque ad pulsum primarum Vesperarum festi Assumptionis gloriosae Virginis Mariae continue residens fuerit, praebendam integram, marcas scilicet XL intelligatur deservisse, quas de censibus in proximo festo sancti Martini tunc immediate sequente colligendis percipiat et, si infra dictum tempus quicunque Canonicus esse disierit, tunc medietas praebendae et ultra eam

pro singulis septimanis usque ad tempus desinentiae dimidia marca monetae currentis sibi cedat pro praebenda.

(16) Item, ut Canonici ab illicitis evagationibus refrenentur, ex quibus plerumque laicis datur occasio eisdem detrahendi, Statuimus, quod Canonicus residens, qui se ultra XXX dies continuos ab ecclesia duxerit absentandum, tam panum et cervisiae quam aliarum rerum distributione carebit, quousque denuo visus fuerit in divinis, nisi super ulteriori tempore a Capitulo licentia petita fuerit diutius abessendi.

(17) Item Statutum, quod Canonicus modo quo supra residens, qui in festivitatibus et aliis diebus infrascriptis aut infra VII dies dictas festivitates dictosque dies immediate sequentes ad minus duabus horis canonicis a primis vesperis incipiendo in loco, ubi cantantur, ex integro interfuerit, percipiat res et pecunias, ut sequitur.

De festo S. Martini Episcopi et Confessoris ligna pro hieme distribuenda.

Item de festo Natalis domini marcas III pro offertorialibus, porco etc.

Item de Dominica Esto mihi victualia pro Quadragesima distribuenda aut eorum loco marcae quinque.

Item de magna Quinta feria ligna pro aestate assignanda.

Item de festo Paschae marcae II pro offertorialibus.

Item de festo S. Joannis Baptistae foenum, carnales et anguillares, scilicet marcae quatuor.

Item de festo dedicationis ecclesiae pro offertorialibus marcae II.

Item de festo S. Michaelis mel consuetum distribui.

Item de festo S. Dionysii victualia tunc distribuenda vel eorum loco marcae II.

(18) Item Statuimus, quod Canonicus residens, qui interfuerit vigiliis ab exordio quarti psalmi usque ad inceptionem laudum inclusive et missis a cantu kyrie eleison usque ad Agnus Dei,

quae pro commemoratione praelatorum, Canonicorum, ministorum et benefactorum ecclesiae Warmiensis singulis Quintis feriis Quatuortemporum peragantur, pecunias, quae pro consolatione dari consueverunt; et qui vigiliis et missis, quae Capitulares nominantur, modo praemisso interfuerit, denarios vinales et custodiales pro rata de singulis dictorum octo commemoratorum percipiat. Quodsi in aliqua earum vigiliis tantum interfuerit et non missae, aut missae et non vigiliis, nihil distributionis percipiat de eadem. Tempus vero decantandi missam pro defunctis feriis sextis Quatuortemporum semper et immutabiliter erit immediate post tertiam, quae et tota usque ad finem propter solemnem commemorationem omnium defunctorum Warmiensis ecclesiae decantari debebit. In aliis autem missis, scilicet Capitularibus, et in Anniversariis celebrandis, talis ordo habeatur, quod ipsae immediate ante summam missam decantentur. Huic quoque statuto adiicimus, quod Canonicus, qui in aliis anniversariis vigiliis tantum vel missae tantum modo praedicto interfuerit, de vigilialibus tunc distribuendis dimidiam tantummodo percipiat portionem, alia medietate praesentibus distributa.

(19) Item Statuimus, quod nullus beneficiatus ecclesiae Warmiensis ad perceptionem fructuum beneficii sui admittatur, nisi absens per procuratorem suum et veniens ad residentiam personaliter solitum praestiterit iuramentum.

(20) Item Statuimus, quod Canonicus ad realem possessionem praebendae suae, quae exhibitione duorum panum et unius canthari cerevisiae traditur, per Capitulum receptus, etiam si absens fuerit, iuxta antiquam observantiam praebendam quadam fictione iuris, in festo D. Martini dimidiam praebendam intelligatur deservire. Et quando apud ecclesiam resederit, pro qualibet septimana residentiae suae dimidia marca pro praebenda sibi cedat, quemadmodum superius de praesentibus est expressum. Fructuum quoque allodii sui si quod habet, non obstante huiusmodi absentia plena poterit perceptione gaudere, ita tamen quod de huiusmodi dimidia

praebenda ad fabricam sive pro reformatione ecclesiae una cum praesentibus Canonicis aequaliter contribuere teneatur.

(21) Item Statuimus, quod propter exilitatem fructuum praelaturarum praelato de licentia Episcopi vel Capituli quacunque de causa absenti integri cedant annuatim fructus suae praelaturae, proviso ne ipsae praelaturae in oneribus suis debito fraudentur obsequio.

(22) Item Statuimus, quod Canonicus de licentia Episcopi et consensu Capituli in studio privilegiato existens percipiat integram praebendam, ultra quam de consolationibus et vinalibus marcae quindecim, quas in Quatuortemporibus et Capitularibus defunctorum commemorationibus eo modo, quo eas Canonicus residens deservit, ipse deservisse intelligatur, sibi pro subsidio cedant, quod etiam cum eis, qui apud medicos vel in peregrinatione fuerint, volumus observari. Dummodo tamen iurent, quod sine fraude propter causas praedictas aut aliquam earum se absentant, ne divinus cultus per figmenta defraudetur.

(23) Item Statuimus. quod Canonicus residens per dominum Episcopum vocatus vel per eundem de consensu Capituli in legatione intra tamen provinciam vel partes Prussiae missus poterit tanquam residens ac divinis interessens praebendae fructuum pro tempore distribui consuetorum plena perceptione gaudere. Si autem sit vocatus in continuum commensalem assumptus, et de familia dicti domini Episcopi esse coeperit, aut per eundem extra dictas provinciam aut Prussiam etiam de consensu Capituli missus fuerit, illa praerogativa gaudebit, quae studentibus supra dinoscitur esse concessa.

(24) Item Statuimus, quod si Canonico simplici vel etiam praelaturam habenti, qui praebendam et praelaturam suas per annum pacifice possederit, super eis aut altera earundem post lapsum dicti anni lis mota fuerit, et pro defensione iuris sui de licentia Episcopi et consensu Capituli se absentandum duxerit,

lite durante ultra integram praebendam quindecim marcas Studenti dari seu superaddi consuetas, eo modo quo praesentibus Canonicis distribuuntur, pro subsidio percipere valeat annuatim. Insuper idem Canonicus vel praelatus sic litigans, ut praefertur, aut etiam ex voto vel propter indulgentiam limina sanctorum visitare proponens ad studium vel ad medicos causa consilii vel recuperandae sanitatis ire cogitans, vel consimili honesta et legitima causa occurrente, dummodo divinis secundum tenorem statuti praesentialiter interfuerit et cum favore et licentia Capituli aliqua praemissorum fecerit, mellis, lignorum, foeni et consimilium, ac si per sequentem annum residere intenderet, pro rata interessentiae licite percipere valeat solitam distributionem.

(25) Item Statuimus, quod praelatus seu Canonicus, quocunque loco et tempore mortuus fuerit, habeat post mortem annum gratiae, videlicet quod sibi medietas praelaturae vel praebendae suae anno sequenti annum mortis suae integre debeatur.

(26) Item Statuimus, quod amici et heredes, executores seu etiam familiares Canonici testati decedentis curiam canonicalem, quam ipse reliquerit, per viginti continuos dies ipsius mortem immediate sequentes inhabitare panesque de pistoria distribui consuetos dicti Canonici praemortui nomine infra dictos viginti dies dumtaxat percipere possint. Indeque abeuntes omnes res mobiles, quae ad eundem Canonicum, dum viveret, pertinebant, facere poterunt deportare. Proviso tamen, quod Capitulum deputet unum de Canonicis, qui inventarium de rebus immobilibus ibidem remanere debentibus faciat, et sic de servandis cautionem recipiat ab executoribus et heredibus ipsius Canonici defuncti, ut curiae non spolientur.

(27) Item Statuimus, quod Canonicus de novo intrans, qui in praebendae suae reali et pacifica possessione per annum fuerit, residentiamque personalem modo quo supra facit, secundum ordinem receptionis suae possit et valeat domum canonicalem et allodium, cum vacaverit, a die notitiae vacationis apud ecclesiam

infra viginti dies dumtaxat optare. Et qui sic optaverit, summam, ad quam curia sive domus canonicalis per Capitulum (ad quod solum huiusmodi taxatio pertinebit) taxata fuerit, infra biennium proximum, unam videlicet medietatem in primo, reliquam in secundo anno. Canonico ipsam dimittenti aut procuratoribus eo abeunte, seu Executoribus suis ipso iam defuncto, nisi ipsi in tempore seu in summa mitius agendum duxerint, sine diminutione persolvet. Pro allodio vero prima vice per eundem optato et pro animalibus inibi receptis magistro pistoriae viginti marcas infra annum irremissibiliter solvere sit astrictus. Tunc enim curias et allodia optare posse decernimus, cum aut per cessum aut per decessum seu per alterius optionem vacaverit. Et si infra praedictos viginti dies optata non fuerit, domus quidem manebit apud Canonicum aliam optantem, sed allodium ad pistoriam divolvatur, possunt tamen per quemcunque habilem Canonicum quandocunque optari.

(28) Item Statuimus, quod Canonicus unam tantum curiam canonicalem habens et eandem vendens de cetero aliam vel eandem vendere vel emere non debeat nec valeat, cum videatur cessisse iuri suo. Et quia varietas in personis ecclesiasticis dinoscitur reprobata, idem volumus in allodiis observari.

(29) Item Statuimus, quod Canonicus de licentia domini Episcopi et consensu Capituli studii peregrinationis, defensionis iuris sui super praebenda aut praelatura, recuperandae sanitatis apud medicos, legationis domini Episcopi aut Capituli causa absens, seu etiam in curia et de familia dicti domini Episcopi existens, licet residentiam apud ecclesiam non fecerit personalem, dummodo tamen praebendam suam pacifice per annum possederit, pro tempore huiusmodi absentiae suae curiam canonicalem et allodium aut alterum illorum per procuratorem suum dumtaxat apud ecclesiam a die notitiae vacationis infra viginti dies continuos possit optare. Qui se autem ex quacunque alia causa de licentia tamen Episcopi et consensu Capituli duxerit absentandum et alias habilis

ad optandum fuerit, optanti curiam canonicalem et allodium, ut praemittitur, infra bienium tantum a die recessus sui sibi sit concessa facultas.

(30) Item Statuimus, quod Canonicus, sive praesens fuerit sive absens, curiam canonicalem aut allodium habens ad dictamen Capituli etiam nulla optione instante curiam et allodium huiusmodi per se aut procuratorem suum restaurare teneatur, et si quomodolibet temerarie contradictum fuerit, per retentionem fructuum praebendae et allodii compescatur et tamdiu, quousque aedificia reparaverit, optandi aliam curiam vel aliud allodium sit potestate privatus. Magister quoque pistoriae, quod sub sua gubernatione esse dignoscitur, de fructibus allodii, si suae gubernationis tempore defectuosum effectum fuerit, reformare teneatur. Volentes igitur iam dictas reformationes facere aut utilia aedificia de novo erigere, possint percipere ligna Capituli et alia materialia more solito expensis restitutis pro eisdem, illaque nequaquam a talibus curiis et allodiis alienare quomodolibet praesumant: quod si fecerint, de alienatis ad satisfactionem irremissibiliter teneantur.

(31) Item Statuimus, quod Canonicus allodium habens et aliud optare volens id Capitulo debeat intimare. Non tamen ad optandum admittatur, nisi prius per specialiter deputatos vel deputandos a Capitulo infra octo dies extunc sequentes allodium eundem dimittendum visitatum fuerit. Quod si in aedificiis vel alias defectuosum reperiatur, ad aestimationem visitatorum huiusmodi aut aliorum bonorum virorum tantam pecuniarum apud Capitulum deponere debeat summam, cum qua merito valeat allodium ipsum sic dimittendum reformari per suum successorem. Qua reformatione per ipsum successorem facta, idem successor sit astrictus de expositis et perceptis in huiusmodi reformatione coram Capitulo plenariam facere rationem. Qua peracta, si de praedicta summa deposita aliquid superfuerit, antecessori restituatur. Si vero ultra ipsam summam aliquid rationabiliter

exposuerit, per antecessorem suppleatur. Quodque si optare volens allodii per eum dimissi reformationem suis maluerit laboribus et sumptibus infra certum et competens tempus facere, id dispositioni Capituli omnino relinquatur. Si vero propter negligentiam possidentis, per aedificiorum deformitatem aut collapsum aliquod allodium contigerit verisimiliter in censibus diminui, ne successoribus desidia seu negligentia praeiudicet possidentis, ipse possessor possit et debeat poenam per Capitulum infligendam ad debitam ipsius allodii reformationem compelli. Porro si Canonicus cedens allodium deformatum et ruinosum dimiserit, omnes fructus, iura et obventiones aliaque bona per eum relicta, testamentis aliisque ultimis voluntatibus quibuslibet non obstantibus, praesentium auctoritate sint arrestata ipso facto, quousque pro reformatione allodii huiusmodi congrua portio iuxta dictamen bonorum virorum, ut praemittitur, de bonis sive relictis ipsius deputetur.

(32) Item Statuimus, quod Canonicus de valore curiae suae et de animalibus in allodio suo ultra extimationem viginti marcis existentibus et etiam de aliis rebus quibuscunque per ipsum in dictis domo et allodio vel alibi ubilibet habitis et possessis, prout hactenus de laudabili consuetudine est observatum, possit tam in vita quam in morte libere disponere, prout suae placuerit voluntati. Quod si ante dispositionem de rebus praedictis ipsum decedere contingat, Capitulum de omnibus supradictis in utilitatem ecclesiae libere disponere possit.

(33) Item Statuimus, quod Administrator et aliii Canonici officiati Capituli, quando praeficiuntur, totiens quotiens iurent officia fideliter et legaliter exercere.

(34) Item Statuimus, quod Administrator electus iuret, quod omnem censum de territoriis Melsagk et Allensteyn, quando eum perceperit, Capitulo vel eius deputatis integre praesentet. De lignis vero pro subsidio subditorum Capituli et de mulctis, pro qualitate personarum, iuxta bonam conscientiam distribuat et re-

mittat, prout sibi visum fuerit expedire. De siligine autem sine licentia Capituli vendere non praesumat.

35) Item Statuimus, quod Administrator Capituli absolutus ab officio administrationis registrum, in quo villae census et bona Capitularia sunt conscripta, et vasa argentea et omnia Capituli clenodia ac alia ad castri Allensteyn munitionem et provisionem pertinentia, ac etiam in curia Melsag existentia, videlicet in bombardis, balistis, bladis atque aliis cum inventarii exhibitione dicto Capitulo praesentare et rationem facere teneatur de eisdem.

(36) Item Statuimus, quod Administrator Capituli Capellanos seu Burgravios in Allensteyn et in Melsag constituere non debeat, nisi de personis talium in Capitulo capitulariter concordatum sit et consensum.

(37) Item Statuimus, quod nullus Canonicus subditis Capituli rusticalia servitia, quae vulgariter Scharwergk nuncupantur, qualiacunque audeat imponere, nisi et hoc competat rationi officii sibi iniuncti nec tunc pro suo aut alterius privato commodo id sibi liceat facere, nisi prius petita licentia et obtenta. Praeterea huic statuto adiicimus, quod nullus praelatus vel Canonicus de communibus bonis seu locis Capituli vel fabricae ecclesiae Warmiensis sine licentia et consensu Capituli se intromittere seu ea sibi usurpare praesumat. Et si aliquem forte ex ignorantia vel alias in hoc excedere contigerit, vel aliquis retroactis temporibus iam forsan excessit, postquam de hoc Capitulo constiterit, requisitus per Capitulum secundum dictamen eiusdem Capituli, hoc infra unius mensis spatium a tempore requisitionis huiusmodi immediate computandum emendare et Capitulo praedicto de hoc necnon damnis, quae exinde provenerunt seu provenient, realiter satisfacere teneatur, quacunque contradictione non obstante.

(38) Item Statuimus, quod singulis annis in Capitulo generali, quod circa festum omnium sanctorum celebrari consuevit, duo de Canonicis deputentur, qui in collectionem census in Melsag et in Allensteyn cum Administratore Capituli constituti omnes defectus

tam in hominibus quam in territorii statu a scultetis et duobus consulibus singularum villarum tunc etiam censum praesentantibus, seu aliis quibuscunque praedictorum territoriorum incolis debite et studiose perquirant, quos curent iuxta posse provide reformare, graviores vero casus pro eorum reformatione ad Capitulum referentes. Quodsi forsitan duo Canonici praedicti vel alter eorum legitime impediti seu impeditus officium huiusmodi temporibus praedictis exercere non poterunt vel poterit, Capitulum alium seu alios loco illorum poterit surrogare.

(39) Item ut debitus honor Officialibus Capituli deferatur, Statuimus, quod quilibet Officialium Capituli sic sua iurisdictione utatur, ut falcem suam a messe prohibeat aliena. Et ne quis errori suo ignorantiae velum praetendere valeat, praesenti duximus statuto declarandum, quae ad quem debeat iurisdictio pertinere. Administrator enim in duobus districtibus Allensteyn et Melsag, Judex civitatis Warmiensis in civitate ipsa et intra suae libertatis terminos, Magister pistoriae in rusticos ad eandem pertinentes quoad exactionem censuum, in molendino quoque in dicta civitate sito et in aliis locis ad dictam pistoriam pertinentibus, et Magister silvarum in villis in districtu Frawenburgensi sub ditione Capituli constitutis, prout hactenus de consuetudine longaeva observatum est, iurisdictionem retineant. Praeterea quilibet Officialis, cui pro executione officii sui aliqui de subditis Capituli deputantur, pro tempore deputationis huiusmodi super negligentiis et excessibus animadvertere poterit in eosdem. Porro cuilibet Canonico in curia canonicali et allodio suis iurisdictio salva consistat. Non tamen volumus sic ad praedictos iurisdictionem pertinere, ut eam a Capitulo penitus abdicemus, quin immo Capitulum ipsum praemissis non obstantibus per viam appellationis a subditis ipsius universis et singulis libere poterit adiri, et nihilominus iam etiam a praedictis personis iudicata citra earundem iniuriam, prout eidem videbitur, ex officio suo in melius reformare. Postremo si quis adversus quempiam de alterius iurisdictione existentem aliquid

quaestionis habuerit, ille etiamsi Canonicus fuerit, coram suo eum conveniat iudice, cuius diffinitionem sustineat. Vel certe si se verisimiliter gravatum senserit, facultas sibi maneat ad Capitulum provocandi.

(40) Item ut casus improvisi, qui sine expensis declinari non possunt, sustentamento providentiae facilius tolerentur, Statuimus, quod Administrator Capituli in virtute praestiti iuramenti singulis annis praesentare debebit Thesaurario ad hoc per Capitulum deputato de censu collecto circa festum Nativitatis Christi in territorio Allensteyn XII marcas, etiam antequam censum ipsum aliis distribuat. Unde expensas inopinatas Capitulum facere et odiosam contrahendi debita necessitatem valeat evitare.

(41) Item Statuimus, quod nullus Canonicus arma quaecunque ad Capitulum deferat, et quod in Capitulis debita servetur honestas. Nec aliquis Capitularis vocem suam praeproperet, sed iuxta ordinem quilibet libere proferat votum suum. Nec aliquis Capitularis contra alium Capitularem in verba inhonesta, contumeliosa aut iniuriosa prorumpat vel votum suum impediat. Alioquin sit privatus pane et cervisia ad arbitrium Capituli, donec Capitulo et personae offensae satisfecerit de praemissis.

(42) Item Statuimus, quod gesta et gerenda Capituli secreta, quae pro talibus per praesidentem de voluntate Capituli declarata fuerint et nihilominus illa, quae quis in Capitulo existens protestando dicit se capitulariter dicere vel facere, nullus sub poena praefati iuramenti revelare audeat, quousque per Capitulum decretum fuerit propalari.

(43) Item Statuimus, quod quilibet Canonicus obtenta a domino Episcopo abessendi licentia etiam a Capitulo personaliter vel necessitate urgente per alium eandem petere teneatur; quod si facere contempserit, in suo reditu per XXX dierum spatium panis et cerevisiae distributione in poenam temeritatis huiusmodi violatae consuetudinis irremissibiliter sit privatus.

(44) Item Statuimus, quod habeatur campana Capitularis, quae pro nullo alio usu nisi pro Canonicorum Capitulari convocatione ad mandatum praesidentis pulsetur totiens, quotiens Capitulum fuerit faciendum vel litera cum maiori Sigillo Capituli sigillanda. Motus autem pulsandi talis observandus est, quod tribus vicibus more solito pulsetur et ad huiusmodi pulsus hora tertiarum, id est post primam sive maturam missam, conveniendum est, sed ubi magis ardua, et in quibus acceleratione opus est, veniunt tractanda negotia, post tertium pulsum quarto, sed differenter ad unum scilicet tantummodo latus pulsando, campana pulsari debebit, ut per hoc detur intelligi, quod mox pulsu finito capitularis sit conventio necessario facienda.

(45) Item ut nobis et subditis nostris, qui pro causarum decisionibus ad nos frequenter confugiunt, salubrius consulatur, Statuimus, quod singulis primis sextis feriis octo mensium usualium Kalendario inscriptorum, si festum celebre non impedierit, alioquin proxima die praecedente, in qua tale festum non occurrerit, Canonici praesentes ad sonum campanae Capitularis, sive ad hoc petitor appareat sive non, ad celebrandum Capitulum convocentur. In Januario autem, Majo, Augusto et Novembre propter congregationes generales, quae in eisdem quatuor mensibus, videlicet in crastino Agnetis, Johannis ante portam Latinam, Agapiti et Animarum annua revolutione celebrantur, nisi forsan aliqua evidens utilitas vel instans necessitas exegerit, non erit necesse in praedictis sextis feriis congregari. Et qui ad huiusmodi et ad singula alia etiam extra dies praedictos celebranda capitula legitimo impedimento cessante venire scienter neglexerit sive contempserit, duo scoti usuales eidem de praebenda sua totiens, quotiens in hoc culpabilis repertus fuerit, subtrahantur. Nullusque, si dictam poenam evitare voluerit, inde recedat, nisi a praesidente de conniventia Capituli licentia petita fuerit et obtenta.

(46) Item Statuimus, quod si aliquem praelatorum vel cano-

nicorum ecclesiae Warmiensis iniuste vulnerari vel alias in persona vel in bonis laedi contigerit, omnes et singuli capitulares eidem laeso in iustitia fideliter verbis et factis assistant pro emenda consequenda.

(47) Item Statuimus, quod testamentarii dominorum praelatorum et canonicorum etiam mediorum et minorum infra viginti dies a morte testatoris continuo numerandos testamenta per ipsos condita vel eorum copias fideliter exemplatas cum inventariis etiam ante eorundem executionem capitulo praesentare sine contradictione qualibet teneantur. Idem de testamentis vicariorum, cum et ipsi membra sint ecclesiae, volumus observari.

(48) Item Statuimus, quod quilibet Canonicus maiori, media vel minori praebenda praebendatus et etiam Vicarius iuret bonum ecclesiae promovere ad quemcunque statum ipsum pervenire contingat, alias fructus et distributiones non percipiat.

(49) Item Statuimus, quod statuta bis in anno in Quatuortemporibus, scilicet Cinerum et Crucis, quarta feria in eisdem omnibus Canonicis maioribus praebendatis praebendis, Capitularibus et non Capitularibus praesentibus, per sonum campanae capitularis convocatis per iuniorem canonicum capitularem, si habilis fuerit, distincte et intelligibiliter, secundum quod eosdem Capitulares et non Capitulares respective concernunt, legantur, ne quispiam periurii periculum incurrere vel ignorantium eorundem praetendere valeat aut allegare.

(50) Item Statuimus, quod nullus cuiuscunque conditionis, dignitatis vel status exsistat, Dominis in Capitulo exsistentibus, cum armis quibuscunque ad ipsos ingredi permittatur.

(51) Item cum de literatis implenda sit indigentia ecclesiae, ut fructum suo tempore afferre valeant opportunum, Statuimus, quod quilibet Canonicus de novo intrans, nisi in Sacra pagina Magister vel Baccaurelaus formatus, aut in Decretis, vel in iure civili, aut in medicina seu physica Doctor aut Licenciatus exstiterit, post residentiam primi anni, si Capitulo visum et expe-

diens fuerit, teneatur ad triennium ad minus in aliquo studio privilegiato in una dictarum facultatum studere, sicque soli studio operam dare, ut iugiter et continue in ipso per memoratum triennium perseveret. Nec se inde absentare praesumat, nisi pestilentiae, infirmitatis, famis, aut hostilitatis causa ad aliud se duxerit privilegiatum studium transferendum. Quodsi ex alia causa, rationabili tamen, studium deserverit, pro tempore absentiae eidem tanquam Studenti Capitulum minime respondebit. Si vero ex frivola causa (quae an talis sit, iudicio Capituli stabitur) se duxerit absentandum, pro tempore absentiae huiusmodi simpliciter reputabitur absens. Et nihilominus teneatur dictum triennium reincipere studiumque, ut praemittitur, usque ad finem continuare, ac si prius nihil esset actum in eodem. De praemissis itaque omnibus et singulis, antequam ad perceptionem distributionum rediens admittatur, patentibus literis sigillo Rectoris Studii, in quo studuerit, munitis et assertione proprii iuramenti teneatur facere plenam fidem. Praeterea si is utiliter se in studio habuerit petiveritque sibi dari licentiam studendi diutius, non erit sibi talis licentia deneganda.

(52) Item Statuimus, quod de triennio in triennium Capitulum certos Canonicos ad visitandum et discendum limites inter bona dominorum de ordine et ecclesiae Capitulique nostri signis, incisionibus et acervis lapidum consignatis debeat deputare, et ad sollicitandum hoc ipsum Administrator Capituli sit astrictus.

(53) Item Statuimus, quod pro quibuscunque literis Capituli sigillandis cera viridis immutabiliter sit in usu.

(54) Item cupientes omnem materiam dissidii, quantum possibile est, amovere, Statuimus, quod in literis missibilibus nomine Capituli per Ebdomadarium de more in Melsag mittendis, non praesentationis, sed quando Capitulariter decretae fuerint, tempus attendi debere, et qui tunc Ebdomadarius fuerit, easdem mittere teneatur.

(55) Item Statuimus, quod nullum instrumentum per quem-

cunque notarium conficiendum super censibus per Vicarium ecclesiae Warmiensis aut quamcunque aliam personam seu personas ecclesiasticas vel saeculares in dominio eiusdem ecclesiae emendis alicuius sit roboris vel momenti, nisi domini Episcopi ad mensam Episcopalem spectantibus, ac Capituli Sigillum in bonis ipsius, literis contractuum huiusmodi sit appositum. Cuius constitutionis transgressor etiam si laicus sit, in tota capitali pecunia, quae dominio ipso facto confiscata sit, nihilominus puniatur.

(56) Item Statuimus, ut omnes impetrantes vel eorum procuratores insinuatis literis, antequam ipsis respondeatur, si Capitulum petierit, literarum suarum copias tradere teneantur, propriis eorum sumptibus et expensis; et quod concurrentibus duobus vel pluribus impetrantibus, petentibus se ad praebendas vacantes vel aliud beneficium quodcunque recipi, is qui per se vel procuratorem suum receptus fuerit, ad aliquod eorum cum effectu appellationum per Capitulum ipsum contra processus, monitiones et requisitiones aliorum legitime interposita, suis sumptibus prosequi teneatur. Quod si ipsi ad hoc idonei reperti non fuerint, ipsum Capitulum vel eum aut eos, quem vel quos ad hoc exsequendum constituerit, ab impensis et omnis satisdationis onere in virtute praestiti iuramenti penitus relevabunt.

(57) Item quia testimonio fide dignorum et praecipue seniorum Capituli nobis innotuit, nullum vicarium ex antiqua et laudabili consuetudine nisi in praesentia unius Canonici ad minus suum potuisse condere testamentum, quam quidem consuetudinem approbatam innovantes, Statuimus, quatenus ultima testatorum voluntas firmius teneatur, et bona ipsorum eis mortuis ad alios usus non distrahantur, sicut iam factum nostros praedecessores intellexisse accepimus, ut deinceps nullus Vicarius nisi praesente ad minus uno Canonico, quem elegerit, suum valeat condere testamentum. Indignum enim esset et suspicione malae dispensationis non careret, quod Vicarii, qui frequenter in executores ultimarum voluntatum Canonicorum eliguntur, ipsos Canonicos suis testamentis

et eorundem executionibus non paterentur interesse. Igitur si quis eorum ausu temerario hoc facere contempserit, testamentum suum, si quod disposuerit, ipso facto irritum sit et inane, et ecclesia ipsa, de cuius vixit stipendio, in relictis succedat. Quod si aliquis vicariorum intestatus discesserit, solutis prius deservitis et debitis, ecclesiae relicta omnia cedant.

(58) Item quia frequenti experientia comperimus, ex eo quod capitulariter conclusa non fuerint scripturae munimine ad futuram rei memoriam roborata, errores varios emersisse, Statuimus, quod inter Capitulares Canonicos ultimus de Junioribus, quotiens Capitulum fuerit, faciendum penes se attramentum et alia ad scribendum requisita habere arduaque et specialiter commissa ad mandatum praesidentis de consensu Capituli in libro ad hoc deputato per se vel alium Capitularem fideliter conscribere teneatur.

(59) Item cum non debeat indignum iudicari, si superiorum mores et laudabiles consuetudines subditi cogantur amplecti, quam laudabiliter enim et quam utiliter introductum sit, quod officiales Capituli, qui ex nobis rebus nostris praeficiuntur, singulis annis officia sua in manibus nostris resignent, efficaci sumus experientia, rerum magistra, edocti. Hunc igitur morem ad subditos nostros Officiales, ut exinde nobis uberior utilitas proveniat, derivare cupientes, Statuimus, ut omnes et singuli nostri Officiales, sive ecclesiasticae personae fuerint sive saeculares, deinceps singulis annis officia sua nobis resignent locis et temporibus infrascriptis. Advocatus enim noster in Melsag cum praesentatione sigilli officii sui, Diaconus et Subdiaconus ecclesiae, Magister scholae, Advocatus in Frawenburg et ambo Campanatores in Capitulo generali, quod circa festum omnium sanctorum singulis annis celebrari consuetum est in nostris; Burgravius vero sive Capellanus in Melsag et Camerarii ibidem in festo sancti Martini, quando census colliguntur, in dominorum Administratorum, Visitatorum et Magistri Pistoriae; Capellanus autem Camerarius, Magister piscaturae et silvarum Custos in Allensteyn, ceterique minuta officia ibidem

tenentes in festo Circumcisionis domini in praedictorum dominorum Administratoris et Visitatorum manibus officia sua verbis intelligibilibus resignare effectualiter teneantur. Quicunque autem iusto impedimento cessante praedictis locis et temporibus hoc facere neglexerit, elapso tempore cuilibet, ut praemittitur, praefinito, censemus eundem haberi perinde ac si officium suum effectualiter resignasset, Nosque de officio huiusmodi sic vacante sine alia amotione seu absolutione, prout nobis visum fuerit, disponemus.

(60) Item quia rationi consonat, eos onera aequalia recusare non debere, qui rerum commoda aequaliter amplectuntur, proinde Capitulariter Statuimus, quod quilibet Canonicorum, cum ad plenariam avenae et foeni perceptionem pervenerit pro opportunitatibus ecclesiae incumbentibus deinceps tres equos proprios ad minus habere teneatur, quorum cuiuslibet valor secundum communem exstimationem marcas VII bonae monetae perficiat. Alioquin praedictorum foeni et avenae distributione carebit, quousque huic statuto sufficienter paruerit.

(61) Item Statuimus, quod personarum electio pro opportunitatibus Capituli in legationibus exsequendis tantummodo apud Capitulum exsistat. In qua ad negotiorum incumbentium qualitatem habito respectu servetur aequalitas, ne quispiam prae ceteris nimium oneretur.

(62) Item Statuimus, quod in commodandis equis praefatis personis in dictis opportunitatibus mittendis intra patriam, quando pernoctandum fuerit, turnus per situm curiarum domino Administratore secluso his modo et ordine servetur, videlicet, quod si turnus electum seu deputatum tetigerit, ipse sibi de duobus propriis equis currum trahere valentibus providebit, et tres alios domini etiam secundum situm curiarum singuli unum commodando ipsi deputato assignare sint adstricti. Si autem electum ordo non tetigerit, tunc tornarius ipsi electo de duobus equis, ut praemittitur, currum trahere valentibus providebit, famulum etiam suum, ut equi confidentius gubernentur, adiungere poterit, si placebit.

Reliquos vero tres equos, quorum duo ipse electus de suis, tertium vero secundum ordinem curiarum, ut supra, recipiet pro huiusmodi itinere peragendo. Et hoc nisi idem electus quinque equos de suis secum recipere maluerit, vel nisi aliter voluerit cum tornario amicabiliter concordare.

(63) Item Statuimus, quod, qui in praemissis temerarius contradictor exstiterit, totiens quotiens pro quolibet equo per diem naturalem subtractionis unius fertonis poenam a distributionibus proximis per Administratorem faciendis ipsi electo integraliter applicandam se noverit incursurum.

(64) Item Statuimus, quod, sive quis per proprios equos sive alienos legationem sibi commissam exsecutus fuerit, per aliquem ad hoc deputandum equi huiusmodi solerter debeant computari in tornum, adeo quod, qui turnum huiusmodi equos suos proprios ducendo praevenerit, merito debeat postea praeteriri.

(65) Item Statuimus, quod, si quis ad legationem electus ultra quinque equos praedictos unum aut plures secum ducere voluerit, non computentur in turnum, nisi Capitulum decreverit electum ipsum talibus indigere, circa quos etiam observetur, prout de aliis supra expressum est.

(66) Item Statuimus, quod, si aliquem ex equis tempore legationis ex superveniente morbo vel inevitabili casu perire contigerit, solvet Capitulum pro quolibet valorem per ipsum Capitulum extimandum. Super cuius nihilominus valore, ad quem equus pertinuit, conscientia sit onerata.

(67) Item super praemissis omnibus et singulis, quotiens opus fuerit, tollendi et dispensandi, corrigendi, interpretandi, emendandi, addendi et declarandi Reverendissimo in Christo patri et domino domino Episcopo Warmiensi, qui pro tempore fuerit, vel eius Vicario, ipso in remotis agente, et Capitulo seu maiori et saniori parti auctoritatem omnimodam reservamus.

Fünfte Abtheilung.

Zur Charakteristik der kirchlichen Bewegung in Ermland

zur Zeit von Coppernicus.

V.

ZUR CHARAKTERISTIK DER KIRCHLICHEN BEWEGUNG IN ERMLAND

ZUR ZEIT VON COPPERNICUS.

Auf den nachfolgenden Blättern kommen einige Schriftstücke zum Abdruck, welche die verschiedenen Anschauungen darlegen, denen die Ermländischen Bischöfe huldigten, unter welchen Coppernicus lebte — in den Jahren, da die von Luther ausgegangene Reform-Bewegung in der Kirche sich immer weiter verbreitete. Während des Coppernicus einstiger Studien-Genosse zu Bologna, der Bischof Fabian von Lossainen, sich einer Erneuerung der Kirche geneigt zeigte, traten die beiden nachfolgenden Bischöfe Mauritius Ferber und Johannes Dantiscus der Lutherischen Bewegung mit grosser Schärfe entgegen.

Der Abdruck der Ermländischen Dokumente erfolgt nach der durch Hipler im Spicilegium Copern. (S. 321—333) besorgten Veröffentlichung. Die Orthographie ist in den beiden, deutschgeschriebenen Mandaten des Bischofs Dantiscus »wider die Ketzerei« und »der Lutherei halben« beibehalten; in den lateinisch abgefassten Hirtenbriefen des Bischofs Mauritius Ferber dagegen ist der Text nach der gegenwärtig üblichen Rechtschreibung und Interpunktion umgeändert.

A. Zur Charakteristik des Bischofs Fabian v. Lossainen (1512—1523).

Das nachfolgende Fragment über die Stellung des Bischofs Fabian von Lossainen ist einer Ermländischen Chronik entnommen, welche von einem Zeitgenossen in dem ersten Drittel des 16. Jahrhunderts in deutscher Sprache niedergeschrieben ist. Dieselbe hat sich nur in einer einzigen Abschrift erhalten, welche das Thorner Archiv aufbewahrt; sie führt den Titel: »Von Bischthumb Ermlandt vnd den Namen der Herren Bischoffen aus einer alten Cronicken in der Heilspergischen Cancelley«.

Als Verfasser »der alten Cronicken in der Heilspergischen Cancelley« hat Hipler in der Ermländischen Literatur-Geschichte (S. 145 ff.) den Bürgermeister Merten Osterreich von Heilsberg nachgewiesen, welcher wahrscheinlich in den ersten Jahren der Regierung des Bischofs Mauritius Ferber gestorben ist (die Chronik bricht bald nach dessen Erhebung auf die Ermländische Kathedra ab).

Bisher war der ermländische Dom-Dechant Joh. Kreczmer († 1604) allgemein als Verfasser angenommen; es ist diesem aber nur das Verdienst einer Ueberarbeitung zuzuschreiben, vielleicht mit Veränderung der älteren Wortformen und Hinzufügung einiger Dokumente über die Zeit von 1523—1526 aus den Heilsberger Kurial-Akten.

Kreczmer's Redaktion der Osterreich'schen Chronik ist durch einen Amtsgenossen, den Dom-Kustos Thomas Treter, († 1610) in das Lateinische übertragen, um sie auch den polnischen Mitgliedern des Kapitels zugänglich zu machen. Die Uebersetzung ist im Ganzen treu und in fliessender Sprache geschrieben; sie wurde von dem Kapitel in hohen Ehren gehalten und als Quelle für die Geschichte Erm-

lands viel benutzt. Wir besitzen noch fünf aus dem 17. Jahrhunderte stammende Handschriften, in welchen allen die Geschichte Ermlands bis auf den Bischof Andreas Bathori (1589—1599) herabgeführt ist.

Eine weitere Ueberarbeitung der Kreczmer-Treter'schen Recension fertigte des Letztern Neffe Matthias Treter und liess dieselbe 1685 zu Krakau drucken; sie führt den Titel: »De episcopatu et episcopis ecclesiae Varmiensis«.

Fabianus des adelichen geschlechts deren von Lusien, ausz dem Resellischen, ware J. V. D. vnd thumher zur Frawenburg, ein gelerter, hofflicher man, doch weibisch vnd weichlich, den fast sein mutter, die er bey sich zu Heilsperg hildt, regirte. Ist vom W. Capitel zum Bischoff erwehlett, vnd zog eigener Person zum Konige Sigismundo vnd huldigett ihm als seinem Herrn vnd Protectori. Er ware nurtt Subdiaconus, Aber sein Suffraganeus Br. Johannes Simbaliensis Episcopus weihett in in der Heilspergischen Pfar-Kirchen zum Prister vnd Bischoff, da er den auch die erste vnd letzte Mesz sang, den er nicht gesehen, dasz er darnach iemals celebrirett hett. . . .

Luterey anfang.

Bischoff Fabianus hatt der Bischofflichen Juriszdiction, vnd der Christlichen wahren Religion, sunderlichen ins Ordens Landt grossen abtrag vnd schaden zugefügett, dass er der angehenden gifftigen Luterey ehe dann sie einrisse, nicht wolt widerstandt thun. Den dasz der Bischoff seine Juriszdiction in dem teil seiner Dioceses, welcher vnterm orden ist, verloren, Hatt man niemanden so sehr, als diesem Bischoffe zu dancken, welcher sich nie woldt wider die ketzerey setzen, Ja liebkosett ihr noch offentlichen, also dass sich viel

monche, Pfaffen, vnd leyen daran ergertten, von den heiligen, von der Buss, von den geistlichen nichts hilten; Ja es dorfften sich wol geweihette Pfarhern mitt weybern trawen lassen, vnd im ehebruch vnterm schein der ehe leben. Der Bischoff wardt dessethalben vom W. Capitel vnd andern trewherzigen leuten beschickett, vnd seiner pflicht vnd gebür ermanett, dass er so grewliche Gotts vnd seiner heiligen lesterung in Zeitten wolt vorzukommen, vnd die Pfarhern dahin halten, dass sie von der Catholischen Religion mit Iren schefflein sich nicht abtrenten. Er andtwortett: Luther ist ein gelerter monch, vnd hatt seine Opiniones in der schriefft; Ist iemandt so kühne, der mache sich wider ihn.

Da hatt man dem hern Bischoffe etliche schriefft vffgelegett, mit welchen Lutherus confutirett worden. Der Bischoff sag sie an vnd sprach. Diese haben auch nach Irer opinion geschrieben, den mag man auch glauben. Von solchen vnd dergleichen vngereimten worten mehr ist der gemeine man auch wol die geistlichen so sehr geergertt, dass man angefangen, die Catholische Religion gering zu achten.

Man hatts glaubt, dasz dieser Bischoff fürnemblich hierumb von Gott grewlich gestraffett worden, den im nicht allein sein landt durch Kriges notten verwüstett worden, Sundern es haben in auch die Frantzosen dermassen befallen vnd durchfressen, dasz man in keines wegen heilen kundte. Ja ie meher sein Doctor, vnd seine mutter in ertzneiten, ie erger es warte, dass sie im auch haben müssen dass ein bein, in welches sie im die Frantzosen gebracht, lassen auffschneiden, da krigt er dasz kalde fewer hinein vnd starb dauon vff Heilsperg Anno 1523, penultima Januarii.

Zudem so strafft Gott auch die Stadt Heilsperg, dass sie in grundt ausbrandt . . . . solches ist geschehen in der nacht vorm Palmsuntage Anno 1522. Darumb waren diesem Bischoffe wenig Menschen gutt: Der König Sigissmundus sohin, den der Bischoff

bey (ihm) angegeben war, als solt er ein mahl offentlichen gesagett haben, Wen ihm gleich der Homeister dasz gantze Bischthumb einneme, So wolt ichs doch on der Polen hülffe wol widerbekommen. So war im auch das Capitel vnd gantze landt nicht gutt, vnter andern vrsachen auch hierumb, das er Braunsberg so verretterlich verwarlosett, vnd dadurch sich mit dem gantzen Lande in verterben brachte. In solcher schande vnd vngunst starb der gutte her Bischoff an der Plage Gotts.

B. Zwei Hirten-Briefe des Bischofs Mauritius Ferber (1523—1537).

I. Das Edikt vom 20. Januar 1524.

Bald nach seiner Inthronisation als Bischof von Ermland erliess Mauritius Ferber (d. d. 20. Januar 1524) ein Mandat an seinen Klerus, worin er diesen auffordert, eifrig darüber zu wachen, dass der alte kirchliche Kultus gewahret und die lutherischen Irrlehren von der Gemeinde fern gehalten werden.

Nur wenige Tage vorher (unter dem 15. Januar 1524) hatte der Nachbar-Bischof von Samland, Georg von Polentz, ein ganz entgegengesetztes Edikt erlassen, in welchem er seine Geistlichen ermahnte, Luthers Schriften fleissig zu lesen und die Kinder nur in deutscher Sprache zu taufen.

Sobald diese beiden Hirtenbriefe der Bischöfe von Ermland und Samland nach Wittenberg gekommen waren, liess Luther sie beide abdrucken, indem er eine Einleitung voraufschickte und Ferber's Edikt mit Anmerkungen versah. Dadurch erklärt es sich, dass das letztere mit seinem Anathema gegen die Häresieen Luthers in sämmtlichen Ausgaben der lateinischen Werke des Reformators zu finden ist (in der Wittenberger Ausgabe von den Jahren 1550 ff. Bd. II. S. 418).

Dass Luther's Einleitung, gleichwie seine Anmerkungen zu dem Erlasse Ferber's, in heftigem Tone geschrieben ist, darf uns nicht Wunder nehmen. Ferber hatte in herausfordenden, verletzenden Ausdrücken die lutherische Bewegung verurtheilt und den Reformatoren die schlimmsten Beweggründe untergeschoben.

Seinem einleitenden Vorworte hat Luther die Ueberschrift gegeben: »Duae episcopales bullae, prior pii, posterior papistici pontificis

super doctrina Lutherana et Romana«. Ferber's Edikt bezeichnet er als eine Frucht »inveteratae malitiae«; Ferber selbst wird genannt: »Mauritius divina indignatione episcopus« . . . . . qui magnificis blasphemiis et maledictis bullam suam refersit«.)

Mauritius Dei gratia Episcopus Warmiensis honorabili domino Archipresbytero, plebano in Heilsberg omnibusque aliis et singulis presbyteris, tam religiosis quam saecularibus, plebanis, viceplebanis, divinorum rectoribus, capellanis, vicariis, altaristis ac verbi Dei concionatoribus, clericis ac literatis quibuscumque sub dicta sede ubilibet constitutis, salutem et sinceram in domino caritatem.

Certo nobis persuadebamus factionem illam Lutheranam, in quam nunc plerique Christianorum sine discretionis iudicio proni ruunt, sua sese temeritate dudum in interitum praecipitaturam fuisse, quod adhuc futurum, ubi Deo placitum erit et flagellum iracundiae suae clementer a nobis averterit, minime dubitamus. Non enim in perpetuum irascetur aut misereri obliviscetur ipse, cuius miserationes super omnia opera eius: nec sinet ecclesiam suam procellosis haereticarum tempestatum fluctibus quassatam naufragium pariter facere, qui eam super firmam petram aedificari et sanguine tot millium sanctorum martyrum consecrari voluit.

Quo enim pacto labes haec pestifera diuturna esse possit, quae tantum exsecrabilium abominationum acervum in eandem ecclesiam illibatam Christi sponsam invexit? Quandoquidem qui eius sectae studiosi sunt, mortiferis declamationibus pia simplicium Christianorum corda vulnerantes, sacrosancta missarum sacrificia ut tetram abominationem inaudita temeritate exsecrantur et animo ea abrogandi adeo pudendis conspurcant verbis, ut referre pudeat. Ecclesiastica sacramenta pro sua libidine abiiciunt, foecunditatem ventris veteris legis constituto tantis praeconiis efferunt, ut virgi-

nitatis candorem plane damnare videantur et ob id sanctimonialium et monachorum claustra aperiri iubent, ut violato castitatis voto egrediendi ac nubendi libera cuique sit potestas, sacerdotibus pariter nuptias sua temeritate permittendas.

